THEORIPRAXIS
DE CONTRARIO
IMPERIO
AD RITVM REGNI SICILIAE
EX IVRE COMMVNI DIGESTA,

A Nemine alio hucusque tractata;

LEONARDO CIMINO
IVRECONSVLTO PANORMITANO AVTORE,

Miranda, & noua indicis forma, concinnata.

HOMINIS ORNAMENTVM EST MAXIMVM SI CVM omni scientiarum genere Iuris prudentia insignitus polleat, vt solem Terræ iustitiam tueatur.


Sed Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Matth. V.
Quia iustitia exaltat gentem. Prouerb. XIIII.
Hinc, qui eam dilucidant exaltationem merentur. Menander.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.



PANORMI, Apud Franciscum Ciottum Venetum. M. DC. XVIII.

Ex Typographia Ioan. Baptistæ Maringhi Impressoris Cameralis.



ILL. ET EXC. DOMINAE


D. LVCRETIAE

DE CASTRO,

CATTINARIAE, ET LIGNANAE

COMITISSAE CASTRI, DVCISSAE TAVRISANI,

ac Proreginæ in hoc Siciliæ Regno, dignissimæ.



SVBLIMIS quidem, & alta comparatio est, Illustrissima, & Excellentissima Domina, quam grauissimi, & sapientes viri summa cum ratione sæpissimè in iure faciunt inter personas Imperatoris, & Imperatricis, qui, quæue non solùm indissolubili matrimonij ligamine duo sunt in carne vna, verùm vnanimi voluntate mirifica vnione, & duo corporibus, mentibus vnum sunt, quod etiam optimè dictum volunt eruditi homines de quolibet Principe, & de eius benemerita coniuge. Hinc priuilegia, fulgentesque tituli, dignitates, & gloria, ipsius Augusti, ipsimet Augustæ communicantur, & sunt. Ecce, quàm benè (Excellentissima Domina, hôc exemplum in tua Illustrissima refulget persona, quæ indissolubilibus, perpetuèque felicibus nuptijs cum Excellentissimo Domino Don Francisco de Castro Prorege Nostro eminentissimo, qui tot priuilegijs, titulisque, & gloria, dignitate, & honore, ac heroicis virtutibus, & nobilitate, etiam à Regibus repetita origine, fulget, ijsdem ipsa quoque veluti eius meritissima vxor, & ex tua prætereà Excellentissima familia (quæ per antiquissima secula, propagata nobilitate, ac Auorum tuorum stemmate, & imaginibus totum per orbem terrarum sem-

per

per exaltata exstitit) præcipuè ex magno illo Marchione Mercurino Gattinaria. Qui Carolo V. Imperatori Domino Nostro felicis recordationis carissimus fuit; adeo, vt eius consilio, & prudentia tunc temporis totum Imperium gubernaretur, vt non solum Præses Hispaniarum, & Magnus Cancellarius esset, verùm etiam in Regno Neapolis Castri Comitatum adeptus; eiusque mortua nobilissima vxore Præsbyter factus, eiusdem Imperatoris auspicijs, suarumq; virtutuum scientiæ, & nobilitatis meritis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis vniuersi Christiani orbis magna cum lætitia, & plausu crearetur, verèq; fuit Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Maximum ornamentum: tantæq; fuit authoritatis, & fidei apud dictum Imperatorem, quòd dum ei ex graui morbo certò immineret mors; eidem Cæsari consuluit, nè in posterum alteri tantùm exhiberet fidei, nè forte tanta authoritate abuteretur, quod quidem consilium laudauit Inuictissimus Imperator, eumque ad amandum magis accensus est, vt fidele de his Historicorum testatur eulogium. Tuique etiam proprij animi indelebilibus virtutum characteribus, tamquam lumen de lumine præfulgentiore fulgentissima irradias. Quę omnia tamquam in clarissimo speculo ab Heroe tuo Excellentissmo viro ad te, & ex te ad illum ad viuum repręsentantur. Quid autem dicam de vnanimi affectu? quid de sanctitate, & virtute simillima? quid de morum vniformitate, & prudentia? quid denique de incomparabilis vitæ integritate? profectò hoc adimplere non valeo, ostque meis humeris formidandum; vnum autem dicere audeo, quòd ab incessu vtriusque, & norma viuendi Principes discunt, nobiles erudiuntur, totusque populus instruitur, vt verum sit, quòd Principis ad exemplum totus componitur Orbis, ad benè, sanctèque viuendum. Hac igitur gloriosa virtutis propagatione gratulamur omnes, quòd gentem Siculorum prisca aetate Aurei sæculi feliciter ad nostra hæc tempora rediuiui, perfrui inspicimus. Et in te summa sanguinis nobilitas mentem non alterat, quin lenis, Comes, & benignissima erga omnes sis; & maxima prudentia, animique innatus valor te dignam prędicat quocunque Imperio: felix Neapolis Ciuitas, quæ te genuit, felicior nunc est felix nostra Panormus, quòd per te, tuumque Excellentissimum Virum regitur, & feliciter gubernatur. Tu verè es Columna Italię, & huius Regni specimen; animi tui constantia, mentis grauitate, corporisque habitu veneranda decoro, te ergo cum tuo Excellentissimo Viro, ac cum Illustrissima familia, & Regali prole Deus seruet incolumem ad perpetuos annos, meque sub tuum præsidium seruum nouiter resignatum excipe, & faue; & hic meus nouus tractatus de Contrario Imperio per me nouiter factus à nullo alio antea excogitatus iure optimè tibi dicari debet, cum, & ipsemet hic tractatus aliud nostrum sequatur opus Sol Ritus Regni Siciliæ titulatum, quod sub auspicijs Excellentissimi Domini Don Francisci de Castro tui incomparabilis Viri, & Principis vndequaque dignissimi in lucem venit; iure optimo, dixi, tibi dicari debet, quia, nisi pari obseruantia recolerem Excellentissimam Dominationem suam, qua veneratus sum Excellentissimum Dominum, profectò mibi, & ingenio meo, quod totum ad ambas Excellencias Vestras conuersum reuerenter est,

defeciſſe putarem. Accipe ergo Excellentiſsima Domina opus, & in eo gratum, & ſincerum Autoris animum, in eumque qua ſoles benignitate reſpice. Vale Panormi Anno Domini M. DC. XVIII.

Illuſtriſsimæ, & Excellentiſsimæ Dominationi Veſtræ.

Humillimus ſeruus

Leonardus Ciminus Iureconſultus.

ALL'ILL. ET ECC. SIGNORA LA SIGNORA

DONNA LVCRETIA DI CASTRO,

GATTINARIA, ET LIGNANI CONTESSA,
Duchessa, & Vicereina del Regno di Sicilia.

DONNA Real del secol nostro onore
Che l'immortal virtù cotanto amate,
Voi tra le stelle il sol chiara mostrate
Bellezza, & onestà, senno, e valore.
Il gran Vostro Consorte alto splendore
Co' suoi Regi v'agiunge, onde illustrate
Questa, e quell'altra Esperia, e inuitta date.
A l'inuidia, & al tempo, onta, e dolore.
Oggi il CIMIN Vostro vmil seruo adopra
L'Intelletto, e lo stile, esso vi manda
Aggradite Signora i doni suoi.
Così quel Re ch'al'Vniuerso è sopra
Monarcha eterno le sue grazie spanda
Ne l'Eccellenze Vostre eletti Eroi.

Oratore indegno Il Dottor Greco, & Orlandini
Regal Canonico Palermitano.

Eiuſdem Viri inſignis Don Leonardi Rolandini, & Greco Doctoris, ac Regij Canonici Panormitani Diſtichon.

Ad D. Leonardum Ciminum Iureconſultum Clariſsimum.

Non nugas, ſed iura doces, tibi iura Cimine
Debent, & debet Trinacris ora tibi.

Eiuſdem Rolandini in detractorem.

Sint procul indocti, hæc ſunt docta ſcripta Mineruæ;
Pone ſupercilium zoile, cede, ſile.

PRAELVDIA PROEMIALIA

IPSIVS AVTORIS AD DILVCIDATIONEM TOTIVS præſentis tractatus in genere, ad Iudices, eoſq; omnes, qui in iudiciario foro verſantur, ſummopere neceſſaria.

Præludium primum de modis retractandi ſententias.



1 ÆSAREI viri, de quibus ſcriptum inuenio,
Pſalmo LVII. rectè iudicate filij hominū. Errat profecto, qui iudicat,
2 priuſquā intelligat, cum enim vobis vniuerſæ iudiciariæ rei Coelitus datum ſit Arcana diſcutere; vos, de eo certiores eſſe oportet,
3 priuſquā vlterius huius noſtræ præſētis doctrinę momenta perpendere procedatis: qđ maximè cōfert ad rectè, iuſtèq; iudicandū: cum in hoc noſtro Opuſculo tota ferè, vel quaſi tota iudiciorum machina cōtineatur;
4 quòd nimirū ſex modis ſententias retractari poſſe contingit, Primo quidē per ſuppli-
5 cationē, Secundo p reſtitutionē, Tertio p ſimplicē petitionē, Quarto p propoſitionē errorū, Quinto p Reuiſionē, Sexto p Contrarium Imperium, de primis quinq; de iu-
6 re cōi aliqua deciſa reperio, de iure autē Regni fundato in iure cōi ſpecialem habeo hic tractatū: ſupplicatur autē pro retractatione ad iudicem, qui partē grauauit ante definitiuā nimirum ad Iudices, a quibus poſt la-
7 tam ſnīam appellare non licet, vt eſt Papa, Imperator, Præfectus Prætorij, & iſta ſupplicatio pro retractanda ſnīa, exhibenda eſt intra decē dies: fundatur hoc arcanum, q̄a
8 ſnīa retractatur aliquando non iure, neque ſtylo, ſed p ſupplicationē, & ad hoc gratiæ imploratione, ea autē ſupplicatio fit bifariā
9 Primo qñ Iudex partem p interlocutoriam grauat ante definitiuā, ſic, vt ab eo ipſi grauato appellare non liceat p ſtylum, ſtatuta, aut p aliquos modos alios, tñ, quia p talem ſnīam (a qua appellari non licer) ſe grauatū ſentit, eandē ſnīam retractare ſatagit, & ipſi
10 debita ſupplicatione opus eſt, vt talē retractationis auctoritatē impetret: etenim contingit, vt aliquando ſnīæ Pontificū, Imperatorū, & Principū retractentur, ſed ad hūc retractationis effectū conſequendū, primo ſupplicari debet, vt à ſnījs prædictorū Prin-
11 cipū retractationis licentiā habeat, propriā partis allegando ignorantiā, impedimentū, vel errorem l. vnica C. de ſentent. Præfect. Prętor. & l. A Proconſulibus. C. de Appell.
12 atque hæc ſupplicatio exhiberi debet Principi intra decē dies à tēpore grauaminis facti, alioqui ea ſupplicatio reijceretur, neque eſſet valida. Per reſtitutionē autem retractatur ſententia, quando petitur ipſam cauſam in ſuum priſtinum ſtatum p Principē, aut Iudicem reſtitui, in eo ſcilicet ſtatu, in
13 quo erat ante læſionē, vel grauamen, Gloſſ. in verbo contra reliquam in Cap. Auditis. extra de in integr. reſtitut. & Capit. 1. eod. tit. & l. quòd ſi Minor. §. Reſtitutio. ff. de minoribus; Reſtituantur autē pupilli, qui non fuerunt pręſentes apud ſuos tutores, hi reſtituuntur contra ſnīam in eorum præiudicium latam l. 1. C. de ſent. paſſis, & d. l.
14 quod ſi minor. vbi ſupra. Minorennes quoque infra vigeſimum quintum annum reſtituuntur, quādo ſnīa contra ipſos iniquè, aut enormiter lata fuit l. cum minores, & l. ſequenti. C. ſi aduerſus rem iudicatam; & l. Acta §. fin. ff. eodē. Item Minor, qui in præſentia ſui Curatoris, quidquam in propriū
15 pręiudicium confeſſus fuit, ex qua ſnīa profluxit, is de ea confeſſione, aut conceſſione facta reſtituitur ſic, vt confeſſa denuo, tamquam minorēnis neget, & contra ſuā partē in iudicio cōpareat. Verùm, qñ eam confeſ-
16 ſionem alicui aperuit in abſentia ſui Curatoris, tunc ipſo iure, & in ſua reſtituitur. Similiter abſentes quiuis contra ſnīam in ipſorum abſentia latam, in integrum reſtituuntur Cap. cum Bertoldus extr. de ſent. & re iudic. & ibi Panormit. col. 10. in verbo oppo. contra text. videte Bart. in l. fin. de in
17 integr. reſtit. Item Eccleſię cauſa reſtituitur ſēpē contra ſnīam p quam grauatur, & lęditur ſicuti de minori dictū eſt, nā eodē priuilegio, & iure quoq; vtitur tota Eccleſia, vel Reſpublica, quo vtit minor. is ēt contra quem ſnīa lata eſt p falſos teſtes, aut p fal-
18 ſa, aut ſuppoſita inſtrumenta pōt excipere,

&vt in integrum restituatur, expetere, etiã
si decem dies effluxissent, & si quidpiam su-
per eo exoluerit, hoc ipsum optimo iure re-
19 poscere poterit. Restitutionem hanc omnis
iudex præstare poterit de sua sententia, nem-
pe, quam ipse, aut ipsius prędecessores in of
20 ficio existẽtes tulerunt; Princeps autem ex
propria facultate omnium Magistratuũ iu-
21 dicatis restituere potest. Retractatur præte-
rea aliquando sententia per simplicem pe-
titionem, scilicet, quando Iudex ipse huius-
modi sententiã ex suo officio reuocare po-
test, sicuti cõtingit in defectibus, aut in suis
p contumaciã, aut absentiã partis prolatis,
22 in quibus excusatio; aut defectus cã, & ne-
cessitas cõmonstratur. Mulctæ itẽ, ad quas
soluendas condemnatus si iã pauper est, vt
ipsas p facultate soluere nequeat, ex p sim-
plicem petitionẽ à Iudice remitti, aut mo-
derati possunt, ac ẽt per propositionẽm er-
rorum obtentis prius principalibus litteris,
& licentia olim infra decem annos, modo
infra duos annos, vt infra in corpore tracta-
tus confirmabo, sed erratorum ppositio nõ
suspendit sniam, quo minus executioni mã-
detur, ex dicẽdis infra, & insuper p reuisio-
nem, & quidem illa per reuisionem, quam
23 p propositionem erroris potest se dirigere
grauatus, differt autem reuisio, & errorum
ppositio, quia p illam, quæuis aliæ ρbatio-
nes assumi possunt coràm quibusuis consi-
liarijs; secus autẽ per hanc, conueniunt tñ,
quia neutra ex his suspendit iudicatũ, vt ex
24 dicẽdis infra cõprobabitur, de sexto autem
modo Cõtrarij Imperij pcurrite hunc tra-
ctatũ, qa magna messis vobis superest, & ex
his cõstat quot, qui, & quales sint modi re-
25 tractandi sñias; superest autẽ modo videre
de ipsis iudicibus, quorum est sententias
ferre, easque retractare.

Præludium secundum de iudicibus, quibus retractandi facultas conuenit.

26 IVdex oĩs non suã, sed iustitiæ, imo Dei
personã in iudicijs induit; quod velint
oĩbus iudicibus rãm esse perspicuum,
quàm est omniũ longè certissimũ. Proinde
sicut iustitia æqua lance, & trutina vnicuique
tribuit, quod suum est, ita quoq; iudicis est

(qui iustitiæ vices gerit, eiusdemque perso-
nam induit) non sine re se vllis affectibus
mouerit, sed ex integritate, & æquitate iu-
stitiæ Citra vllam personarum acceptionẽ,
27 tribuere vnicuique, quod suum est, quo al-
terum absoluat, alterum damnet, cęteraque
muniat legum munera nusquã abeb, quod
bonum est, temere deuiet; horum autem
28 iudicum alius est ordinarius, alius delega-
tus cum potestate, vel plena ex delegatione
ad quasquis causas, vel limitata ad certas
causas, ex delegatione superioris; aut Prin-
cipum, aut Magistratuum, aut electione so-
ciorum, aut ex creatione Magistratuum, ex
29 l. More Maiorum ff. de iurisdictione omnium
iudicum, & cap. è iudicibus 2. q. 6. ex his
etiam, qui iurisdictionẽ suo iure, & non alie-
no beneficio iurisdictionem habent, man-
30 dare possunt, vt Summus Pontifex, Impe-
rator, Princeps absolutus in suo dominatu;
alij vero, qui non a se, sed beneficio superio-
ris, seu à iure iurisdictionem habent, eam li-
mitatam hus oportet habere: cap. cum con-
tingat, de foro Competente, & l. 1. §. qui
mandatam iurisdictionem suscepit, & qui
mandatam iurisdictionem suscepit propriũ
nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdi-
31 ctione vtitur ex cap. sanè, quia, extra de of-
ficio delegati: iudices autem, qui vtuntur
potestate reuocandi interlocutoriam, sal-
tem meram, sunt omnes hi, qui iurisdictio-
nem ordinariam habent, vel etiam aliqui ex
delegatis, vt ex l. quod iussit ff. de re iud. vt
infra melius: dictum ergo cum sit de modis
retractandi sententias, deque personis, per
32 quas retractari possunt, ratio postulat, vt
pauca de iurisdictione dicam, ante quam in
Mare Magnum Contrarij Imperij, tanquam
Nouus Columbus ad Indoiũ Maris intret,
vt nouos reportet Thesauros ingrediar,

Præludium tertium de iurisdictione, per quam retractantur sententiæ.

OMnis ergo iurisdictio ex dictis de-
pendens est, aut ordinaria ple-
na, aut delegata plena, aut non
plena, sed mixta, aut limitata, aut meri,
aut mixti, aut minoris Imperij, & sub his ra-
dijs tota stradis iudiciaria Machina nullis
obscu-

obſcurata tenebris; ſed perpetuis illuſtrata
34 ta ſplendoribus. Iuriſdictio enim eſt Iudicis in iure dicendi poteſtas, ſeu eſt de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendi poteſtas ſecundum Azonem l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. & ſicuti varij ſunt Iudices, varias eſſe oportet iuriſdictiones eorum.
35 Speculat. eod. tit. l. 1. C. eod. de iuriſdict. omn. iudicum. Gloſſ. in Cap. Rodulphus de Reſcriptis. & Capit. ſignificaſti, de for. Competent. Cap. cum ab eccleſiatum, de
36 off. ordinar. Merum Imperium eſt, ſumma poteſtas, habens gladij vltionem; laqueū; ſaccum, ignem, cacabum, cum Rotis, & his ſimilia, dicitur merum; quia eſt ſeparatum à cognitione pecuniaria, quia ex eo nullum ſequit commodum pecuniarium.
37 inſtit. de public. iudic. in principio. Mixtum Imperium dicitur media quædam poteſtas, & mixta, quaſi ex inferiori iuriſdictione, & ex mero Imperio inflata, & habet commodum pecuniarium; bonorum poſſeſſionem dare; in poſſeſſionem mittere, iubere, cauere, pupillis tutores dare, & omnes alias pœnas graues, præter Capitalem, & mutilationis, quales ſunt relegatio, fu-
38 ſtigatio, l. 1. & ibi Gloſſ. ff. de iuriſd ctio. omnium Iudicum, Minus autem Imperium, vel leue, vel ſimplex iuriſdictio, vel Imperiolum (vt vocare libet) eſt; quæ modicam corporis coertionem habet, & competit omnibus Iudicibus, & nemo eſt Iudex, cui non competat, ex cap. ſi d ligenti, de for. competen. competit etiam omnibus Magiſtratibus, ex l. Magiſtratus. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & §. Audient. in Auth. de defenſoribus Ciuitatum, Habent enim omnes Magiſtratus ſolùm cognitionem le-
40 uium Criminū; ad quod facit l. leuia. ff. de Recuſat. l. Magiſtratus, & ibi Batt. ff. de iuriſd. omn. iudic. Hæc latius videre poteritis in l. Imperiū ff. eod. & ibi Bar. & alij, & Speculat. eo. titul. & hæc, quæ ſunt minoris, vel ſimplicis iuriſdictionis expediuntur, etiam à iudicibus officio Mercenario, & quattuor
41 cōpetit modis, nempe iure; conſuetudine; donatione Principis, & etiam pſcriptione longiſſimi temporis; tanti ſcilicet temporis, vt in contrarium nulla exiſtat certa memoria; de qua Ant. Piag. in tract. de cōſuetud. q. 4. 5. & 6.

Quid autem ex his, quæue iuriſdictio competat M. R. C. & Conſiſtorio S. R. C. & Tribunali Regiæ Monarchiæ, ecteriſque Curijs tēporalibus, & ſpiritualibus, & præſertim M. C. Archiep. Panormi, & Regiæ Curiæ Prætorianæ, ac totius Regni iudicibus; dicam in gradu 4. per totos ſeptem §§. latiſſimè, & qui ſitit illuc vadat, & bibat.

Præludium quartum de ſententijs interlocutorijs.

42 Sententiæ interlocutoriæ ſunt in genere pterea, quas diximus(ſco pore plentis tractatus)ſex; videlicet ſemiplena, quæ profertur inter principiū, & finē cauſæ, non quidē ſuper principali negotio,
43 ſed ſuper emergentibus, & incidētibus quæſtionibus, nimirū ſuper libello offerēdo, & concipiendo, aut ſuper dilationem danda, vel denegāda, aut ſuper ſimilibus cauſis in-
44 cidētibus, principali cā ſemper durante, vel ſuā interlocutoria eſt, qn iudex non reſidēs p tribunali inter partes, ſine vlla ſollēnitate ſcripturæ, aliquid interloquendo de plano pronunciat, & ſuper aliquo incidenti, vel emergenti, q ad principale tentarū negotiū
45 directè nō ſpectat, vel interlocutoria ſecundum Godef. dicitur eſſe declaratio iudicialis, ſuper aliquo articulo ſummariè ius tribuēs inter partes, & omne verbum, quòd à iudice in iudicio iudicialiter pfertur, quodquod ad cauſam litis facit, p ſententia inter-
46 locutoria habendum eſt: in Authentica de litigioſis. §. omne collāt. 8. vel alio modo, vt paucioribus comprehendam, interlocutoria eſt, quam Iudex proceſſu durāte pronunciat, & generaliter omne, quod Iudex commendat, aut ordinat durante proceſſu, vſq; ad definitiuam, & ad cauſam ſeruiens,
47 interlocutoria appellatur. Ideoque Iudex talem interlocutoriam poſtea reuocare poterit, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſi-
48 ue Arbiter; debet tamen omnis interlocutoria cum vera, ac debita cognitione cauſæ ferri, & hinc ego dicere ſoleo ex cap. induciæ §. ſpacium. 3. quæſt. 3. ſecundum Goffred. quòd ſententia interlocutoria ferri de-
49 let per Iudicem contra Reum Contumacem, nempe quando Reo citato, & non comparente pronunciat. Item interlocutoria appellationis cauſam præcedit, & ex-

ceptionis materiam præbet. Capit. cum
dilectus in finem de electione; non autem
hoc efficit interlocutoria, vt ex ea agatur
actione in factũ, sicuti ex definitiua. Ideo-
que à tali interlocutoria stante eodẽ processu
de iure Canonico quilibet appellare põt; se-
cus autem de iure ciuili, quòd tamen fallit
in casibus l. 2. C. vt lite pendente. Item si in-
terlocutoria sit talis, quæ ius alicuius totũ
absorbeat, & tollat. ea enim effectu plenę
diffinitiuę vim haberet, sic tamen, vt post ta-
lem interlocutoriam nõ relinquatẽ locus ad
42 appellandum a definitiua, si ab ea interlocu
toria aliquis appellauerit; secus aũt fiet, si
post talẽ interlocutoriã, non appellauerit,
sed si beneficiũ appellationis à definitiua si-
bi saluũ, & integrũ reseruauerit, vt Goffr.
tenet primũ in summa de sñia de re iudica-
ta. Sententia vero interlocutoria aliquando
43 datẽ ad processum præparandũ, aut instruen
dum, aliquando ad emergentia, & inciden-
tia terminanda, nonnunquam ad aliquid fa
ciendum, vel non faciẽdum, aut ad aliquid
dandum, vel non dandũ, aut ad incidentia
decidenda, aut ad aliud simile ordinãdum.
44 Aliquæ vero interlocutoriæ danẽ ad instan
tiam Rei; aliquæ ad instantiam actoris, ali-
quæ ad requisitionem vtriusque, aliquæ ex
iudicis officio.

45 In pñti aũt materia, p emergentibus
intelligimus exceptiones, quæ pcessum; sed
non caussam principalẽ concernunt, veluti,
quòd testis, vel pcurator fit falsus repertus,
aut quod ille, vel ille non sit in testimoniũ
recipiendus, aut similes allegationes, quæ
46 principalẽ causam pcisè non tangunt. Inci-
dentia autem cõtra, dicunẽ esse exceptiones
concernentes causam principalem, & non
processum, sicut proponere, aut allegare pa-
ctum de nõ opponendo, aut aliquid aliud,
quod sit peremptorium.

Præludium quintum de interlocuto-rijs definitiuam sapientibus.

47 Harum quidem interlocutoriarum
aliæ sunt simplices, quæ princi-
pale non tollunt, aliæ definiti-
uæ, quæ principale ius absorbent. Capi-
tulo iam dicto 144. aliæ sunt fortiores, quæ
diffinitiuam sapiunt, vimque definitiuæ
per effectum obtinent sic, ut principali cau-
sæ etiam præiudicent, veluti si pars decli-
naret, aut remissionem à iudice peteret, &
sic, tunc Iudex nihilominus eidem parti
mandaret, & ordinaret, vt respondeat,
48 quæ ordinatio est interlocutoria definiti-
uam sapiens, quia ipsa remissioni petitæ
præiudicat ab appellando à definitiua par-
tem illam excludit, & ipsi perpetuum si-
lentium imponit: Ideoque effectum defi-
49 nitiuæ merito obtinet. Item in declinato-
rijs, quando Iudex pronuntiat, & decla-
rat se ipsum iudicem non esse competentẽ,
tunc illius sententia censetur, & est interlo-
ria; & si ipse contrarium declarat, tunc
censetur, & est definitiua. Similiter, quan-
50 do pars debitum fatetur, & Iudex condem-
nando ipsi confessum debitum certo die, ac
tempore exoluere mandat, tunc illa iussio,
siue illud præceptum non est proprie defi-
nitiua sententia, quia ibi nulla est condem-
natio, sed tantum est sententia interlocuto-
51 ria definitiuam sapiens; & definitiuæ vim
obtinens. Sed sententia lata super appel-
lationis desertione est sententia interlocu-
toria, quando sententia de qua fuit appel-
latum, est interlocutoria, sed si illa, de qua
appellatum fuit, fuisset definitiua, tunc ip-
sa sententia super desertione data, esset etiã
52 plenè, & purè definitiua. Sententia quoq;
lata super nullitate, est interlocutoria defi-
nitiua, quia cum ipsa principale finitum
esse censetur; & est: absolutio item ab in-
stantia, siue pluri, est etiam interlocutoria
ob eandem rationem; sed quando cum ab-
solutione instantiæ, principale etiam peri-
mitur, tunc & ipsa definitiua esse censetur.
53 Sententia etiam lata super possessorio est
interlocutoria simplex, sed quãdo proprie-
tas ipsa cum possessorio coniuncta, & an-
nexa est, eo casu ipsa censeretur definitiua.
54 Defensio, quam Iudex facit parti nè ad-
uersarium in sua possessione impediat pro-
cessu durante, est interlocutoria definiti-
ua. Taxare expensas est interlocutoria
definitiua; de iure ciuili non est opus par-
ti dare interlocutoriam inscripto, sed id de
iure Canonico requiritur.

Præ-

Præludium sextum de interlocutorijs reuocandis.

55 INterlocutoriam, nō definitiuam iudex reuocare potest, quandoquidem ex causa sententiā reuocare non est ignominiosum, sed laudabile, Pontifices enim, & imperatores pro tēpore decreta mutant, aut corrigūt, aut tollunt, quia temporibus, rerumq; circumstantijs in decretis sępissime consulendum est, aduertēdum tamen, quòd interlocutoria bona reuocari non debet: sed de ea cum grauamine partis, si coniuncta
56 reperiatur, tunc iudici infrascripta præstanda sunt. Interlocutorias quidem reuocādo, aut ad requisitionem partium, vt sæpę accidit, aut ex officio suo, si partes absint, aut inscia, aut inuitæ, aut quando de vna interlocutoria appellatum est, aut quando Iudex leuiter pronunciauit se non esse iudicem cō-
57 petentem. Interlocutorias autem Iudex reuocare non potest, quando pronunciauit se non esse iudicem competentem, vel quādo tacitè se iudicem competētem esse declarat, vel si reuocata interlocutoria magni esset præiudicij; his tamen est annectendum, q̀ ab interlocutoria iudiciali appellare non licet, sed ab inseparabili appellare licet, & hęc omnia secundum ordinem, quo præpofita sunt iuribus ipsis confirmentur, & quidem.
58 Primo ex textu l. quod iussit. ff. de re iudic. & text. in cap. cum Cessante. de appellationibus, & hic adstipulor omnia, quæ dicam in principio primi gradus fusè, satis, & legaliter. Neque enim est, quòd iudicem talis reuocationis aliquando, aut pudeat, aut pigeat, quod nulli probro esse possit, si ab er-
59 rore ad veritatis lucē properat. Nihil enim tàm est facundum humanā naturam, quàm labi, errare, & decipi. Sed quando veritatis via ostenditur eam non velle agnoscere, minusq; recipere, sed potius præferre, in errore permanere malle, & errorem, veritatem appellare, hominis est, nō solū stulti, & amen-
60 tis, sed etiam insanissimi, & penè brutissimi: quod vitium, cum ab omni homine deberet esse alienissimum, omnium minimè conuenit Iudicibus, aut ijs, qui alijs pręsunt, & veritatis viā suis præmonstrare debent. Pro cuius erroris, correctione, noster hic labor in præsenti tractatu, erit instar balnei saluberrimi, in quo labes abstergitur.

Præludium septimum de retractatione sententiarum per appellationem, & prouocationem.

61 DE quo diximus supra in sex modis retractandi sententias, sed hic sub occasione huius præludij, nō erit ab re videre, quomodo sententia lata corrigenda sit, sub quo Articulo sciendum est, quòd definitiuæ sententiæ latæ substantialia corrigi non possunt; licet concomitantia eius corrigi queant, & iudex obscura suæ sententiæ interpretari potest, & regula-
62 riter corrigere potest omnes sententias, præter definitiuam ex l. Iudex ff. de re iudic. & cap. in litteris, & cap. venerabili extra de officio, & potestate iudicis delegati, & cap. si compromissarius. §. si vero de lectione lib. 6. Poterit tamen eodem pronunciatæ sententiæ die, & priusquam sententiæ latæ copia tradita sit, supplere, atq; adiungere, quæ ad sententię substantiam accidentalia, con-
63 grua, & accessoria esse putabit. qualia sunt de fructibus leuatis, vel leuandis post litis contestationem, de expensis processuum, & de similibus ex dicto text. l. quod iussit, &
64 ex dicto cap. cum cessante. Quod ego conuenire reperio, etiam arbitro, qui procedit, addendo, minuendo, corrigendo a se pronunciata, ex Speculatore lib. 1. partic. 1. §. differt num. 1 24. tit. de Arbitro, & Arbitratore. l. penul. §. 1. C. de recept. arbitr. l. 1. C. de sentent. ex breuiculo recitandis, & cap. statutis 2. quæst. 1. & cap. præsentata. extra de testibus. l. fins li. C. eodem, & Speculator lib. 1. particula 1. §. sequitur nu. 64. vbi sup.

Præludium octauum de tēpore appellādi, & quòd idem tempus seruandum sit in Cōtrario Imperio, vt in gradu 5. huius operis per totum.

65 HIc autem præmittitur de iure communi de tempore appellandi; insinuandi, & releuandi, appellatur quidem a sententia è vestigio, quando grauatus absit, appellabatur olim inter biduū, vel triduum. Conditionaliter statim post pronunciationem, verbaliter sine alia insinuatione iudicis, vel partis. Perscriptum cū

66 insinuatione infra decem dies. ex l. 1. §. biduum, vel triduum ff. quando appellãdum sit, & intra quę tempora & cap. biduum vel triduum 2. quæst. 6. Verùm id tempus, correptum est, & prorogatum in decimũ vsque diem, vt In Authentico de appellationibus, & infra quo tempore appellare debeat, in principio col. 4. qui textus etiam Canonizatus reperitur in cap. anteriorum 2. quæst. 6. A sententijs autem conditionaliter latis
67 statim appellandi est, nec expectandus tūc erit dies conditionis statuti, quia quamuis tales conditionales sententiæ non sint effectualiter res iudicata, nec in rem iudicatam
68 transierint, priusquam ea conditio adimpleta fuerit, tamen ob id; quòd Iudex pronunciat eam grauantem in me sententiam statim ab ea appellare debeo, a die eiusdem sententiæ latæ; ijsdem iuribus, quibus supra. Et hoc decendum in ipso Contrario Imperio locum habere pro costanti teneo, quidquid dicant alij; contra quos hic mihi adstipulor remissiuè omnia per me dicta in gradu vltimo præsentis tractatus.

Præludium nonum de sententijs pronunciandis.

69 ET quidem sententia definitiua pronuncianda est per Iudicem sedẽtem clara luce, loco apetto, parte citata, in iudicio, in tribunali, in loco consueto, & si plures sunt iudices, ab vno, omnium nomine, pronuncianda est. Sentẽtia autem interlocutoria ex ore, vel ex actis pronunciatur; vt ex iuribus supra citatis, & infra dicendis apertissimè constat.

Præludium Decimum, de causis inducentibus viam Contrarij Imperij.

70 COntrarium Imperium inter multiplices causas, ex quarum occasione ipsum tentatur, vna potissima est, ex actis de nouo repertis, quæ quidem acta, sunt triplicia, scilicet, dispositiua; productiua, & decisiua, & ad hæc tria reducuntur omnia acta iudicialia, ex Iodoco Dambauderio in sua Praxi ciuili Capit. 149. titul. de actis.

Præludium vndecimum de falsis testibus.

71 DIcta falsorum testium, ac ipsamet falsa instrumenta vitiant sententiã, eamq; retractab lem faciunt, & executionem impediunt. Iodocus Damhauderius vbi supra cap. 172. & 262. ex dictis cap. pastoralis §. quia vero, vers. attendentes, extra de officio delegati.

Præludium duodecimum de taxandis sumptibus, & expensis.

72 CIrca hoc protestor pandectas, Ritum, & alium stylum Regni, & tãtùm de iure communi addo, quòd ad taxationem expensarum vocandæ sunt partes, & non taxantur expensę, nisi de con-
73 demnatione earum constet. & nisi sint iudiciales, & expensarum taxatio post appellationem seruatur vsq; ad decisionem, & expensæ ante litis contestationem factæ a Iudice non cõdemnantur, nisi agatur de condemnando contumace in expẽsas ante litis contestationem, Iudex petitam expẽsarum condennationem negligens, de damno ipsi
74 parti tenetur. Idem Iodocus vbi supra cap. 149. & ex text. l. Æd iles. §. Item sciendum ff. de ædilit. dicto, & l. terminato. C. de fructibus, & litis expensis, & cap. cum Appellationibus. l. b 6. & Bart. in l. 4. §. hoc autem iuditium ff. de damno infecto, & Gloss. in l. finali. C. de fructibus vbi supra, & Authentico post ius iurandum. C. de iuditijs, & 3.
75 quæst. 3. §. quod fieri non debet, & in Authentico de iuditijs, §. oportet, collat. 6. & cap. olim, & ibi Gloss. super verbo taxatione, de iniurijs, & damn. dat.

Præludium decimum tertium, & vltimum de condemnatione in expensas, & contra quẽ ipsæ cadere debeant?

IN expensis condemnatur victus sæpissimè, victor rarò, vterque sæpè, expensæ quandoque compensantur in processibus patris contra filium, fratris contra fratrem, aut sororem, &c. In quibus

quibus victi causa non apparet multo infe-
rior causa victoris, quando causæ vtrinque
dubij sunt iuris, quando victus causam suã
diligenter consultauit, quãdo pars parti iu-
ramentum obtulit, quando expensæ a par-
77 te petitę non iudicantur; omnia hæc grada-
tim probantur per textum l. properandum,
§. siue autem alterutra C. de iuditijs & l. cũ
quem temerè ff. eodẽ titulo, & cap. calum-
niam, extra de pœnis, & cap. finem litibus
extra de dolo, & contumacia, & ex ijsdem
iuribus deducuntur infrascriptæ aliæ cõclu
78 siones maximè practicabiles, videlicet se-
mi probatio ab expensis non liberat, & in
sententia interlocutoria expensæ aut adiu-
dicantur, aut omnes vsque ad diffinitiuam
reseruantur, vbi expensę non iudicantur; ibi
victus eas ferre intelligitur, & procurator ge-
neralis non condemnatur in expensas. Reli-
qua autem ad hanc materiam congruentia
vide in nostro Sole Ritus. Hæc enim prælu-
dia præmittere volui ad totum opus, vt le-
ctores certiores facerem, vt etiam a primo
ituitu scenę heroicum carmen cognoscant,
quare ad particularia, & primo ad gradum
primum deueniri oportet. Cœlestis spiritus
inspirante gratia, & auxilio.

Gradus Primus in triginta §§. distinctus de mera diffinitiua sententia, & de eius annexis, & cõnexis, deq; modo, quo Contrarium Imperium circa eam se habeat, cum suis ampliationibus, & limitationibus mirificè exornatus.

1 QVia in Sole Ritus nouiter per nos
edito sæpissimè contigit de M. R.
C. verba facere, de cuius amplissi-
mis priuilegijs, & prærogatiuis
passim in eo peregimus: verùm,
quia superest vna, eaq; maxima eiusdem
M. R. C. ob eius præeminentiam particula-
2 riter ei competens (in quibusdam sentẽtijs)
per eam latis, reuocandi facultas: ideo no-
lumus ipsam sub silentio præterire; ad præ-
sentem ergo hãc theoripraxim per nos de-
uentum est, vt peculiare de ea faceremus
3 compendium; nimirum de Contrario Im-
perio, cuius cognitio, quò magis in dies ad
forum occurrit, eò ferè minus rectè cogno-
scitur. quare, vt in posterum recta eius ha-
4 beatur notitia, nunquam antea sic cla è re-
perta; Primo nosse oportet, quid sit cõtra-
rium Imperium, quæque eius qualitas, cir-
5 cumstantiæ, & effectus. Quoniam vero defi
nitio de sui natura quidditatem, & essentiam
rei significat (sicuti Dialectici dicunt) & ex
nostris Albert. Brunus in tract. de forma, &
sollemnitate secundum iuristas per totum,
& præsertim Bald. in l. 1. ff. de vsufruct. pro-
inde constare debet ex genere, & differẽtijs,
6 vt Bartol. ait, in l. 1. ff. de testam. & cum suo
definito, vt bona sit, conuerti debet, l. 1. §.
dolum. ff. de dolo. nec tradenda est per rei
definitæ effectus, sicuti idem Bart. scripsit,
7 in l. t. ff. de appellat. nil mirum igitur si no-
ster Vlpianus sapienter enunciauit, vt om-
nis definitio in iure periculosa sit ff. de reg.
iur. l. omnis definitio: quare si non definire
poterimus, saltem describere quid sit Con-
trarium Imperium, aptè curabimus.

Est igitur contrarium Imperium, facul-
tas quędam Iuridica, qua particulariter vti-
tur M. R. C. (Mater, Caput, & Regula to-
tius Curiarũ Regni,) per quam facultatem
multum Spectabiles Domini iudices ipsius,
vel oẽs simul, vel vnus ipsorum sententiam
interlocutoriam, vel mixtam, vel habentem
vim definitiuæ sententiæ, per se latã, semel,
vel bis, tàm ad instantiam actoris, quam ad
instantiam Rei: debitis de iure temporum
intercedentibus instantijs seruatis; reuocare
possunt, vel potest: iustis tamen de causis, &
causa cognita, & non temerè, nec ad libitũ
volũtatis, sed vero iustitię impellente zelo.

§. I.

1 NOs autem de hoc cõtrario Imperio
duplici iure permixtim per infra-
scriptos connexos gradus, tracta-
bimus: nimirum de iure cõmuni, & de iure
2 statutario Regni. Secundum veram Theo-
ricam, & veram Praxim. Nota quòd dixi-
mus, per infrascriptos connexos gradus cõ-
sultò, & non temerè, etenim Sicuti alij gra-
uissimi Doctores, qui perpetuò sunt imitan-
3 di, & præ oculis semper habẽdi; vti sunt Do
ctissimus Speculator, & Iulius Clarus, &
alij, qui suos tractatus connexa quadam in-
star catenæ graduum compositione con-

nectunt, vel per capita, vel per Paragraphos
distribuentes, ita, & nos presentem nostrum
tractatum per gradus, & per §§. ad singu-
las ferè conclusiones distinctum esse volu-
mus; hac tamen prævia monitione ad lecto-
ris animum præparandum, quòd nimirum
quilibet sequentes gradus, & §§. connexa
4 probatione inter se mutuo, tã in iure, quàm
in facto confirmabunt, vt legenti videre est;
itaque proposito vno gradu, cum suis §§.
reliqui ab eis deriuent, & iuridica probatio
5 de vno ad alterum remissiuè habeatur, & de
hoc instructus lector esse debet, vt autoris
consilium capiat, & genium ipsius operi eũ
non lateat.

§. III.

SEdes autem huius materiæ est, tàm in
iure Canonico, quàm in iure Ciuili
fundatissima, vt latè per totum hunc
tractatum relucebit: sed tantum in præsen-
ti Capitulo hæc tamquam ædificij Bases, &
fundamenta iacimus. Et quidem primo in
2 text. l. quod iussit ff. de re iudicat. 14. cui for-
miter concordant, aliæ plures leges, & Ca-
nones. Videlicet l. Paulus 42. ff. eodem, &
l. Iudex. 55. eodem & ibi Gloss. & DD. &
etiam l. dicere. §. finali, & l. seq. ff. de arbitr.
& l. si opus. ff. de nou. oper. nuntiat. & l. 1. C.
quando prouoc. non est necesse, & l. duo
fratres, & l. Relegati ff. de pœnis, & l. Acta,
ff. de re iud. & l. 2. §. 1. C. de sent. & ex Bre-
uic. Recit, & l. Illicitas, in fine ff. de off. Præ-
sid. & l. Diuus ff. de in integ. rest. & in iure
Canonico cum text. in cap. Cessante de ap-
pellat. in 6. & cap. qualiter, & quando il 1.
nu. 4. de accusat. & Cap. Magnæ 22. q. 4. &
3 Cap. in litteris ff. de off. Delegati. Constat
igitur, quòd hoc contrarium imperium, seu
quod idem est, ista facultas reuocandi in-
terlocutorias pdictas, est vtroq. iure muni-
ta, & theorica, ac Praxi satis benè fundata.

§. IIII.

SVperiore §. diximus interlocutoriam
posse reuocari; quia de iure cõmuni
nõ potest nisi interlocutoria pura re-
uocari ab eodem Iudice, qui eam tulit; de
iure autẽ Regni etiam interlocutoria mix-
ta, seu habẽs vim definitiuæ, vt dicam infra
ex Pragmat. definitiua autem pura, & me-
ra nullatenus reuocari potest, verum quia
in cognoscendo, quæ nã sit interlocutoria,
& quæ mixta, quæ vero definitiua difficilli-
3 mum est, & in hoc plurimùm laborant Do-
ctores, ita, vt quæ, qualis, & quando senten-
tia sit interlocutoria, vel non? mixta, vel nõ?
& definitiua, nec ne? sæpissimè nõ sine ma-
ximo litigantium præiuditio, & interesse, et
magni viri allucinentur, qui parum prospi-
4 cientes ad subtilem, & prædifficilem distin-
ctionem sententiarum, quandoque vnam
cum altera confundentes, magnam etiam
inuiti, & nolentes fecerunt iniustitiam par-
tibus; vel in denegando reuocationem per
viam Contrarij Imperij in sententia, quàm
poterant, & de iure debebant reuocare; vel
5 denique in reuocãdo sententiam, quã pror-
sus de iure reuocare nequibant: Nos ergo
præsenti malo medelam adhibere volentes
hoc nostro præsenti tractatũ, quem studiosi
animi æqui, bonique cõsulere debent, pror-
sus Deo duce omnem errãdi ansam de me-
6 dio auferre conabimur. Sciant tamen nos
hic plurimùm alsisse, & insudasse pro præ-
sentis tractatus cognitione exaranda, qua-
propter, ne pigeat iuris arcana nobiscũ pro-
fundius, quantum tamen ad præsens nego-
tium facit, perquirere.

§. V.

1 SVppositis his, quæ præcedenti §. dicta
sunt, dico, quod tres rãtum sunt sen-
tentiarum species omni iure, & foro
2 celebratæ; prima enim est mera, & pura de-
finitiua, secunda verò, & media, est mixta,
3 vel quod idẽ est, vim definituæ habens, quę
participat de definitiua pura, & de interlo-
cutoria mera; tertia, & vltima est mera, &
4 pura interlocutoria. Anton. de Butr. consl. 6.
per totum. Roman. in Rubrica ff. de re iud.
nu. 2. & seqq. & Imol. in eadem Rubrica,
extra de re iud. nu. 3. prius enim agendum
5 est de definitiua, tãquam digniore, dignio-
ra enim sunt præferenda ex text. in cap. so-
6 litæ, & ibi Canonistæ omnes notant, extra
de maioritate, & obedientia, & in l. 1. & 2.
ff. de Albo scribend.

§. VI.

1 OMnes ergo prædictas sentẽtias, suis
peculiaribus definitionibus, seu
descriptionibus explicemus; est
autem

2 autem definitiua sententia pura multifariā
a doctoribus pręfinita: Nos enim plurimas
in medium adducemus, meliorem tamē ex
his eligentes, maximam theoricam, & prac-
ticam concludemus; & enim est iudicialis
3 definitio, quæ principalem quæstionem per
condemnationem, vel absolutionem, aut p
quid his, æquipollens finit, ita Speculat. in
tit. de sent. §. 1. nu. 3. & sequitur Azo. in
tit. C. quomod. & quand. iud. sent. pro de-
bit. n. 3. Hostiens. in summ. de re iudic. An-
gel. Aret. inst. de iur. nat. gent. & ciuil. §. re-
sponsa prudentum. Roma. in d. Rubr. de re
iudic. & est text. in l. Rem non nouam. C.
de iudic. & l. quid tamen, cum similibus ff.
4 de arbitr. sed ego intelligo prædicta iura, si
tamen in dicta sententia sit seruatus ordo
iudiciarius ex Ancha. cons. 417. n. 1. & ver.
in contrarium præcedente etiā ante litis cō-
testationē, libello: & alijs solēnitatibus à iu-
ribus requisitis. ex Bar. in l. Titia n. 3. & 6. ff.
de accusat. & Alex. in l. Imperium. n. 14. ff.
de iurisd. om. iud. vbi hanc sententiā mix-
tam vocat, & idem dici vult de sententia la-
ta in iudicio summario. n. 11. cui ego me li-
5 benter subscribo, cum ipsa Glo. in d. l. quod
iussit, ubi agit de incidentibus ad quæstio-
nem, ita determinante.

§. VII.

1 ALia est definitio ipsius definitiuæ
tradita per Franciscū de Aret. in
tract. de sent. n. 15. quòd definiti-
ua ea sit, p quam iuris ordine seruato prin-
cipalis qō finitꝰ; quę mihi non displicet, sed
hoc fallit primo, qn̄ prīcipalis qō dicit, mo-
do finiri potest, & tn̄ non requiritꝰ, q̄ snīa sit
definitiua; sed interlocutoria eādem vim ha
2 bens, vt esset, qn̄, quod principaliter dedu-
citꝰ in iudicio, veniret accessoriè, ad aliud
principale negotium, vt eleganter dixit idē
Franc. de Aret. in l. stipulationem col. 5. in
fi. vers. Hęc autē illa dr̄ definitiua ff. de ver.
oblig. Fallit secundò, qn̄ p indirectum non
3 aūt directò finiret negotium principale, vt
in snīa lata sup exceptionibꝰ peremptorijs,
vt obstare dicantꝰ, & tn̄ est interlocutoria
4 habens vim definitiuę. Corneus cons. 265.
n. 7. vers. & super vol. 4. Rip. in d. rubr. ff. de
re iud. n. 15. vel si peteretꝰ restō, & Iudex p-
nunciaret super ætate, & sic p indirectū fi-
niret restōnem, & qōnem simul, quę nō mi-
nori non datꝰ, & tn̄ hoc casu pariter est inter-
locutoria habens vim definitiuæ adnotata
per Alex. in Rubrica, ff. de re iud. in fine vet.
& bene probatur, ibidem.

§. VIII.

1 ALia est definitio definitiuę secundū
Bar. in l. 1. ff. de re iud. q̄ videlicet
snīa definitiua sit res iudicans, siue
iudicandi, & sententiandi finem cōtrouer-
siæ imponens: sed non definūt, qui sint na-
ribus emunctis, & Bart. nostrū carpore au-
2 deant, q̄ scilicet res iudicans est res aīata,
qualis non est snīa, cum ea sit instrumentū,
fm quod res animata (puta) Iudex pcedit,
vt Faber malleo, & cultro, & scriba calamo:
3 ita voluit Iason. in l. 1. ff. de re iud. nu. 7. nec
potest dici actus iudicandi, qa in actu datꝰ
pęnitentia, quæ repugnat snīæ definitiuæ,
in qua iudici non licet pęnitentia, quia fun-
ctus est officio suo p tex. ī d. l. Iudex, & Spe-
4 culator. in §. sed opponitꝰ, de iureiurando,
tum quia negotium principale p talem sen
tentiam non finiretur.

§. VIIII.

ALia est definitio ipsius definitiuæ
data p Iason. in d. l. 1. ff. de re iud.
q̄ scilicet definitiua sentētia est il-
1 la, quę pnunciatione iudicis actiuè contro-
uersiæ finem imponit, & non accipit, quam
definitionem aliqui impugnāt, sed ego, nec
laudo, nec vitupero, at si velim decernere, di
cerē eam mancā; quia non facit mentionē
de sollēnitatibus necessario à iure requisi-
tis, quæ seruatę definitiuā reddūt, non aūt
seruatæ; mixtā; seu habentē vim definitiuę
ex Alex. in d. l. Imperium. n. 11. & per Bart.
in d. l. Titia, vbi supra, & in extrauag. ad
reprimendum in verbo summariè, & in de-
cis. 1. Pedemont.

§. X.

ALia est definitio sententiæ definiti-
1 uæ, tradita p Imol. in d. Rubrica
de re iud. n. 2. nimirum, quòd sen
tentia definitiua est, quæ emanat super eo,
quòd principaliter agitꝰ, sed ista definitio
po-

potius est mixtæ, seu definitiuæ vim habētis, q̃ verè. sniæ definitiuæ; quæ p Antonomasiam, snia appellat, vt constat ex dictis; ego enim si licet libero homini audacter, quod sentit dicere, & non iurare in verba magistri, dico, q sententia definitiua est
3 conuertibiliter definienda, vt quemadmodū definimus hominē conuertibiliter, si dicamus, homo est animal rationale, & animal rationale, est homo, vt totá proclamat
4 philosophia; sic enim definire debemus purā definitiuā sententiā, vt eius definitio conuertat cum ea, tāquā cum suo definito, & in veram Philosophiā legalē, Philosophiā legalē dixi, quia naturalē pauci attingūt, sed legalem (quam sequi tenemur, ex l. 1. vers. veram, & non simulatam affectantes Philosophiā. ff. de iustitia, & iure, & ex l. 1. §. dolum. ff. de dol.) obseruare volo in indaganda definitiuæ sententiæ quiditate, & natu-
6 ra, quod quantum prosit ex infrascriptis dignosces. Est ergo definitiua sententia illa, quæ iudiciario ordine seruato condēnationē, vel absolutionē, vel quouis æquipollenti, id, quod principaliter in iudicio deducit, a nullo alio dependēs, directo finit, ex Alex. in d. l. Imperium n. 11. & Bart. in d. l. Titia. & sic ista nostra definitio est comprehensiua omnium, & cunctas euadit censuras superius adductas, vt constat ex dictis.

§. XI.

NVlli iudicum, nec Tribunali prædi-
interlocutoriam regulariter poteſt tamē bis
reuocare, Iaffred. Franc. Balb.d.deciſ.194.
& bis tantum licere, & non amplius con-
ſtat ex eo, quod bis poteſt appellari a ſen-
tentia ex text. in l.vnic. C. ne liceat in vna,
eademque cauſa, & cæt. Vndecimo fallit in
29 interlocutoria per quam iudex interpretatur
verba ambigua ſententiæ. Idem Corſett.lit-
tera S. ſingulari ſententia 1.

§. V.

1 ALiqua excitantur dubia, quæ præ-
dictam materiam ex eorum ſolu-
tionibus maximopere confirmāt,
hoc ordine, an Iudex poſſit ex ſe reuocare
2 ſententiam, vel denique requiratur petitio
partis, & quidem Grauett. conſ.23.nu.8.&
Bart.in l.9.ff.qui ſatiſdar. cogantur dicunt,
quòd ex eo, quòd talis ſententia nunquam
3 tranſit in rem iudicatam reſpectu Iudicis, &
ille poteſt, & debet eam reuocare, quando
honeſtas hoc ſuadet, licet pars talem reuo-
cationem ſub motiuo honeſtatis petere non
4 poſſit, & quas interlocutorias poſſit Iudex
ex officio reuocare vide apud Bart. in l 4.C.
ſi minor ſe maior. dixerit, & interlocutoria
5 cū animo recedendi à prima in caſu, in quo
poteſt Iudex reuocare, valet Bart.in l.Cum.
13.§. ſi Dominus.ff. de oper.nou. nunciat,
imo per ſecundam contrariam primę cenſe-
6 tur a prima receſſum.l.ſi opus.16.ff.de oper.
nou.nunciat. ſed hic quæritur, an quando
appellatur a definitiua, & per interlocutoriā
paulo ante latam fuerit parti illatum graua-
men, a quo non fuerit appellatum, an Iudex
7 poſſit definire, & cognoſcere de grauamine?
Reſpondeo, quòd ſic ex Iaffred. Lanf. Balb.
deciſ.133. Cōtrarium tamen tenet Magon.
deciſ.6. Lucc.nu.16.&38. Myſing.obſeru.
8 49.cent.2. Item ſi non fuerit appellatum in-
fra decem dies ab interlocutoria, & pars pe-
tat poſtea illam reuocare ex cauſa cognita,
pōt tunc appellari, & quando exceptio præ-
iudicat negotio principali, vel reddit iudi-
9 cium nullum, fueritque ipſa pars per inter-
locutoriam repulſa de qua accidat poſt in-
terlocutoriam, etiam appellari, iudex appel-
lationis poterit dictam interlocutoriam re-
10 uocare, quia ſuccedit in locum primi Iudi-
cis a quo. Guid. Pap. ſing.849.

§. XI.

1 NOtandum eſt non oſcitanter, quòd
eſt aliquando aliqua ſententia, quæ
reſpectu diuerſorum eſt definitiua,
& interlocutoria, puta, ſi fertur ſententia ſu-
per appellatione ab interlocutoria, quæ ſen-
tētia ſuper Iudicio appellationis ſi pronun-
2 cietur contra appellantem, ita, quòd, remit-
tatur negotium definiendum Iudici à quo,
eſt definitiua reſpectu Iudicis; eſt autem in-
terlocutoria reſpectu partis appellātis, quia
3 iam remanent prima iura, vti prius erant,
Iaffred. Lanfran. Balb. in deciſ.219. ſed an
interlocutoria debeat confirmari, vel irrita-
ri, ſeu reuocari ex iiſdem actis, vel ex nouiter
deductis, & pductis in dicto iudicio appel-
lationis vide Grauett. cōſ. 182. nota etiam,
quòd lata ſentētia ſuper executione ſenten-
4 tiæ, eſt interlocutoria. Iaffred. Lanfr. Balb.
deciſ.422. ſed lata ſuper poſſeſſorio, eſt defi-
nitiua. Hartman. Cap.10. tit. de ſent.lib.1.
ſed ſententia lata de exequenda alia ſenten-
5 tia, eſt interlocutoria habens vim definitiuæ
ſecundum Capyc. deciſ.1.num.21. & Rot.
Gen. deciſ. 164. ſed præceptum Iudicis de
ſoluendo habet vim definitiuæ, Guid.Pap.
q.11.&12.& ſingul.612.Rot.Gen.d.deciſ.
6 164. & Grauett. conſ.273. ſententia ſuper
deſertione appellationis eſt definitiua, ſi a
definitiua fuerit appellatum, aut ſi pronun-
cietur ſuper deſertione appellationis inter-
poſitæ à ſententia interlocutoria Myſinger.
obſeruat.36.cent.3. Andr. Gaill. obſeruat.
138.lib.1. Guid.Pap.q.11.12.22.& Capp.
Tholoſ.q.364. Franc. Marc.q.1. interlocu-
toria habens vim definitiuæ æquiparat̄ ſen-
8 tentiæ definitiuæ, dicitur autem habere vim
definitiuæ, quādo per illam tangitur, & de-
finitur articulus qui ad definitiuam ſpectat,
9 & non definitur integrè cauſa principalis,
ſed per indirectū, de quibus Gayll. obſeru.
130. nu.6. lib.1. & ſententia lata ſuper exce-
ptionibus. Capyc.deciſ.144. & ſententia la-
ta ſuper exceptione dilatoria, vel peremptoria,

ria, vel super interpositione decreti, est interlocutoria, Guid. Pap. q. 10.

§. VII.

1 INterlocutoria autẽ, aut crescit, vel decrescit secundum quod est natura negotij, super quo fertur, quãdoquidem si interlocutoria minatur, & parat praeiudi-
2 cium causae principali est mixta, & habet vim definitiuae. Guid. Pap. dicta q. 12. nu. 2. quaelibet sententia, quae definit illud, de quo cõtenditur largè dici potest definitiua; pro-
3 prie autem solum definitiua est illa, quae definit negotium primum in petitione deductum: de quo principaliter inter partes est altercatum. Guid. Pap. q. 16. Praeceptum Iu-
4 dicis de satisdando pro legatis conditionalibus in diem, vel etiam purè contra haeredẽ factum, est sententia definitiua, secus autem, si incidenter petitur cautio de iudicio
5 Sisti, vel de iudicatum soluendo. Matthesil. singul. 32. Item condemnatio expensarum, quandoque est interlocutoria, quandoque vero definitiua, interlocutoria quidẽ si fiat pendente lite; definitiua vero, si fiat in sententia definitiua. Guid. Pap. singul. 700. &
6 quandoque à simili interlocutoria non appellatur per partem, sed petitur reuocari per Contrarium Imperium, & si fit iusta causa reuocandi, & Iudex nõ vult reuocare, tunc pars appellare potest, & deuoluit totã causam ad Iudicem ad quem. Guid. Pap. sing. 381. & Innoc. in cap. 2. extra de nou. oper.
7 nunciat. in fine, & Guid. Pap. singul. 849. & Io. Andr. in cap. quoad consultationem de re iud. sed hinc non minor est difficultas, q a sententijs latis per M.R.C. non potest ap-
8 pellari ex Ritu 169. & consequenter videtur quod a denegato remedio Contrarij Imperij, non possit appellari; sed Respondetur quod ego, non inuenio aliquid in cõtrarium pro dicto Contrario Imperio, quidquid sit de causis summarijs, & de alijs interlocuto-
9 rijs latis per M. R. C. vide tamen scribentes super Rit. 169. & p̃sertim Vinc. de Percoll. ibidem, nihilominus si nolimus vti appella-
10 tione, quid vetat alijs iuris remedijs vti; pro Iustitia consequenda? parificantur enim interlocutoria, & definitiua sententia in hoc, quia vtraque parit authori actionẽ in facto. Bart. in l. 3. §. Idem scribit. ff. de Pecul. nu. 11. & Guid. Pap. sing. 612. nota etiam, quòd
11 sentẽtia interlocutoria ex se reuocabilis cõtrario Imperio post latam sententiam definitiuam, irreuocabilis redditur, Bald. in l. 1. C. si ex fals. instrum. p Salyc. in l. post sententiam col. 4. versi. nunc venio ad sextum,
12 C. de sent. & interlocut. & alij apud Sessam decis. 230. nu. 58. p. 1. & sententia absolutiua simpliciter lata definitiua est, Gloss. in Auth. qui semel. vers. locum habet. C. quomod. & quand. iudic. & l. Argentarius. §.
13 Cum autem citata per dictum Sessam, vbi supra decis. 217. nu. 5. Hic adstipulor omnia notata, & contenta in tit. C. sententiam rescind. nõ posse per totum, ibique doctores, & verba rescindere reuocare, & retractare, &
14 corrigere sunt synonima, & ex his facile nũc est etiam cuicunq. obturati, & obtusi ingenij cognoscere vim, & naturam ipsius interlocutoriae, pro qua huc vsque dicta satis esse dijudico, cum & infra etiam plura dicenda super sint quae pro omnibus sententiarum speciebus communiter faciunt.

Gradus tertius de sententia vim definitiuę habente, & de eius concomitantibus, et ad superiora relata.

1 VLtima species sententiarum est interlocutoria mixta, seu habẽs vim definitiuae, & est, quae in modo procedendi, seu in modo producibili est interlocutoria, quia sicuti interlocutoria pronun-
2 ciatur in effectu autem est definitiua cum eũdem iniũgat effectũ, quem definitiua iniungeret, ita Dom. 2. q. 1. in sum. col. 4. quem sequit. & refert Fely. in rub. de re iud. nu. 3. Ant. de But. cons. 6. nu. 4. vers. quaedam est mixta Franc. de Aret. cons. 20. num. 2. vers.
3 non dicit, quòd interlocutoria &c. & sic in ea aliqua deficiunt, vt dixit Rom. in Rubr. ff. de re iudic. col. 1. vers. mixta autem sententia, his suppositis iam bene cognoscitur quaenam sententia sit definitiua, quae interlocutoria, quaeue mixta, sed cũ toto hoc ad
4 huc remanet difficultas, quia dubietas maxima est in cognoscẽdis differentijs sententiarum Argum. l. in Ambiguo, cum ibi notatis per Bart. nu. 2. & seq. ff. de rebus du-
5 bijs, Alex. cons. 8. col. 2. nu. 2. vers. non obstat id & c. vol. 1. Ideo pro faciliore praedictorum

ctorum cognitione, præſupponendum eſt, quòd tres ſententiæ prędictæ in quatuor inter ſe differunt, vt infraſcrito §. 1.

§. I.

1 PRima autem differentia eſt in modo, & potentia finiendi, id quod tractatur; ſecundo in modo producibili, quia diuerſimodè proferſtur, tertio in mo-
2 do,& forma reuocandi per Iudicem,qui tales ſententias tulit, quarto in modo, & forma appellationis: Pro cuius quidem reſo-
3 lutione dico, quòd per ſententiam,aut finitur negotium principale, aut vna pars ſubſtantialis, aut vnus dumtaxat articulus,vel deniq. inſtantia,& vltra prædictos quatuor caſus mihi non videtur eſſe alius qui poſſit
4 aſſignati, & ſi quis forte ab acuto aliquo aſſignaretur,dico quod iſte talis modus eſt ad vnum ex prædictis quatuor reducibilis, & ſecundum hoſce caſus ſecundum diuerſitatem eorum,ſentẽtia,quæ ſuper eis ferri contingit,vel definitiua, vel interlocutoria, vel
5 mixta nuncupatur, ſed quia materia iſta de ſentẽtijs creſceret in immenſum, ſi velimus ex profeſſo eam proſequi, quod eſſet contra noſtrum inſtitutum de contrario Imperio,
6 ſolùm, & dumtaxat agendi, quo ipſa M. R. C. in hoc noſtro Siciliæ Regno vtitur, qua propter ſufficit,ſi cognoſcamus,quæ nã ſit interlocutoria ſeorſim ſumpta ab defini-
7 tiua ſententia; necnon a mixta, ſeu vim definitiuæ habente, vt locum habeat ipſum Cõtrarium Imperium,de quo nos agimus. Sed ne parciſimus prædictis addimus,quod
8 Magna eſt ſententiarũ ſeries, ex qua maxima,vel quaſi tota machina interlocutoriarũ per nos nouiter præ omnium oculis proponendarũ eſt tractanda per omnes fere caſus Iudiciarios, ita, vt pauci, vel nulli alij deſi-
9 derentur adſtipulando hic omnia prędicta, & infra dicenda. Hiſque cognitis, atque perſpectis ipſum contrarium Imperium erit in propatulo, & ferè ad manus omnium(ad
10 doctos tamen dico,& taceant indocti.)

§. II.

1 PRæſens materiæ argumentum, non ſolùm Curialium, & Tyronum, ſed etiam magnorũ virorum genijs gratũ erit, & propitiũ ad euitandos nonnullos errores,quos quotidie maximo cum iuſticię detrimento, ex defectu perfectionis præſentis ſcientiæ de Contrario Imperio contra
2 iuſtitiæ adminiſtrationem nõ ſine lacrimis committi video, & deploro: dicendum ergo eſt primo in Theorica,& in Praxi,quòd, quando ſententia eſt ſuper obſeruatione iudicij,in qua Iudex pronunciat, & reum abſoluit, ex quo actor nihil probauit, & tunc dicitur definitiua, quia negotium principa-
3 le finitur per abſolutionem. Iaſon. in l. admonendi,num.71. & 72.verſ. nam abſolutus.ff.de iure iurando, vbi tenentes contrarium ignorãtes appellat; Item quia ſi finiat
4 inſtantiam, & controuerſiam pariter procedit Bart. in l. Titia num.4. verſ. inter.ff. de accuſat. Rom.in rubr. ff. de re iudic.nu.14. Pract. Papienſ. in forma ſent. interloc. qua quis ſe Iudicem competentem pronuntiat
5 Abb.in cap.examinat. de re iudic.

Tertio, quãdo ſententia nõ expectat poſt ſe aliam ſententiam eſt definitiua. Felin. in dicta rubr.de re iudic.nu.10.quarto ſenten-
6 tia abſoluens reum propter libellum malè conceptum, & quando actor non venit in tempore eſt interlocutoria.Rom. in rubr.ff. de re iud. nu.3.& in l. vitium.§.ſed licet,ibi
7 interlocutum eſſe ff.quod metus,& Bart. in dicta, l. Titia. quinto ſententia condemnationis expenſarum lata cum definitiua eſt definitiua. Felin. in dicta rubr. verſ. limita primo nume.13. Rip.in l. quod iuſſit nu.
8 12.verſ.iſtam cõcluſionem, & ibi Alex. nu. 8.verſ.& iſtam Gloſſ.intellige,& Iaſ.nu.10. in 6.limit. Sexto ſententia confirmationis electionis, eſt definitiua. Oldrad.conſ.18.
9 Felyn. vbi ſupra num.21.ſeptimo ſententia dationis inſolutum eſt mixta, & habet vim definitiuę ſecundum veriorem DD.opinionem. Butr.conſ.6. & Felyn. vbi ſupra dicto nu.21.Bald.in l. properandum.§.ſin autem
10 reus num.10.C.de Iudicijs, octauo ſentẽtia declarans ꝓbationes vti legitimas admittẽdas eſt interlocutoria, Rom.in eodem tit. de re iud.n.5.l.fin. C.de ſent. quæ ſine certa quantitate profer. vbi Bald. n.2. Nono ſen-
11 tentia declarans probationes illegitimas eſt merè interlocutoria ꝑ allegata vbi ſupra ſicut dicta octaua ſententia, confirmat etiam ꝑ Rom.in rub.codẽ tit. n.4. vbi allegat tex. in c.pen.de noui ope. nunciatione. Decima ſen-

12 sentẽtia declarãs indicia esse legitima, & reũ
esse torquẽdum est interlocutoria, Aret.cõs.
20.q.1.Fely. in d.rub. n.19. vers. sententia
pronuntians,& idẽ cons. 106.n.3. Iul. Clar.
in §. fin. q. 64. vers. sed quid agendũ Ioan.
And. in c. Iudex ad Apostolicas lib.6. Vn-
decimo sententia directo super actoris peti-
13 tione lata, est definitiua. Fely. vbi supra nu.
9. & Bart. in d.l. Titia n.4. vers. quædam est
absolutoria ff.de accus. Aret.inst.de perpet.
& tpalibus actionibus, §.fin. in fin. Rot. in
antiq. in dec.119. de re iud. & dec.261. eo-
dem tit. Ias. in l.admonendi n.11.& seq.ff.de
iureiutando,& ibi Paul.de Cast. n.13.38. &
58. & sequitur eadem materia.

talis interlocutoria. C.qñ prouocare non est
necesse. Aret.d.cons.20.n.2.vers. & ista spe-
cies uideť esse talis naturæ, & Rip. in l. quod
iussit nu. 27. & Ias.ibid.nu.20.in 9.limit.ff.
eod. & Fel.in rub.extra eod.n.3. vers. p quã
dicit Bald. Decimoseptimo sentẽtia lata su-
9 per articulo executio est habens vim defini-
tiuæ, contra post se aliam non exspectat, sed
nasciť ex instro, vel sentẽtia Rom. ubi sup.
n.10.vers.& fm cõem opinionẽ, & Ang.cõs.
10 114.col.1.circa mediũ.vers.nec obstat, ꝙ di-
uersis respectibus, & Clar. cons. 11. circa fi-
nem, vers. concludo igiť causam interlocu-
toriam, & Alex. cons.22.n.1. vol.7. Rolan.
à Vall.cons.43.n.2. lib.4.

§. III.

1 SVpradictis addiť, ꝙ sententia declarãs
appellationẽ desertã, est sentẽtia mix-
2 ta, habens vim definitiuæ, & est duo
decimũ notandũ insequendo ordinẽ pcedẽ-
tis, §.ex Doctoribus, & Alex. ĩ d.l. qđ iussit.
n.17.vers.vbi concludũt, quod interlocuto-
3 ria &c. & ibi Rip.nu.27. vers. illa dř habere
vim definitiuę, ff.de re iud. Rom.eod.tit.nu.
8. Rot.eod.tit.dec.12.in nouis, & dec.1. ver.
& in casu nostro, & art. desertionis, & c. pro
qua materia desertionis instãtię ipsius appel
lationis, vide Castil.dec.47. per totã. Ter-
4 tiodecimo excõicatio est sentẽtia mera in-
terlocutoria, & reuocari põt. Butr.d.cons.6.
num. 3. vers. & hoc respectu sententiæ ex-
communicaitonis, & speculator in titu. de
sent. plat.§.1. in princ.& Rom. in rubrica de
re iud.tit.18. & late per Fely. extra in præfa-
ta Rubrica n.15.vers.excõicat.est interlocu-
5 toria Ias.in l.quod iussit nu.8. ff.de re iudic.
Abb. in c.sacro.in 4. notabili de sent.excom
6 munic. Quartodecimo sentẽtia finiens prin
cipale negotium non est semper definitiua,
si videlicet in ea ordo iudiciarius seruatus
nõ fit. Ancha.cons.417. n.1. vers. in ɔtrium;
& est limitatio ad definitionem ipsius defi-
7 nitiuæ. Decimoquinto sententia finiens ne-
gotium principale indirecto, non est definiti
ua, sed uiã definitiuę habẽs, puta si iudex p-
nunciaret super ætate, & sic negotium resti-
tutionis finiret, Alex. in rub. ff. de re iud. in
8 fin. vers.& bene probať in d.Glos. Decimo-
sexto sentẽtia finiens vnam substãtialem par
tem est mixta. Bald.in l.1. n.15.vers.& si est

§. IIII.

1 INhærendo prædictis dico, ꝙ ɔtrium te-
nuit Aret. ꝙ videlicet fit merè interlo-
cutoria l.5.col.2. p tot.ff.de verb.obl.
2 Decimo octauo sentẽtia lata sup taxatione
expẽsarũ, est mixta, quia post se nullã expẽ-
ctat sententiã, nec principale negotiũ finiť.
Rom.cons.258. Alij tenẽt, ꝙ sit merè inter-
locutoria in d.l.quod iussit.n.8. de re iud. et
Rip.nu.12.Ias.§. curare num.55. Item quia
inst.de action.ibidem nu.13. Conciliationẽ
vero ego limito, & distinguo, aut condem-
3 natio expẽsarum fit vna cũ definitiua (prout
ego supra hic aliàs distinxi) & sic talis con-
dẽnatio expensarum est pars definitiuæ, &
4 pro mera reputabiť definitiua, ita ut ista con
demnatio reuocari nõ possit, ex notat. p Fel.
in d.rub.cum concordantib.uers. limita pri-
mo nu.13. & Rip.ubi sup.n.12.uers.istam cõ
clusionẽ.& ibi Alex.n.8.vers.& istam Gloss.
intellige, & Ias.nu.10. 6.lim. sed dictã limi-
tationẽ declara, & intellige, vt sola condem-
natio participet de definitiua, & illa est, quæ
5 reuocari non põt, quod secus est in expensa-
rum taxatione, quia nulla dř sententia etiã
mera interlocutoria, sed dumtaxat mera cõ-
demnationis executio, quæ põt postea etiã
6 ex interuallo fieri p iudicem post condem-
nationẽ factã, vna cum definitiua ad notata
p Bald. in l.determinatio nu.8. C.de fructi-
bus, & litis expensis Rip.d.l.quod iussit. nu.
12.hanc limitationem. Decimonono sen-
7 tẽtia finiẽs vnum articulum præiudicialem
est mixta. Abb.& p eum notat.in c. ex parte
decan.in 6.not.de rescriptis, et Ias.in d.l.qđ
ius-

8 iussit.nu.25.versic.eodem modo sententia,
qua pronunciauit,ff.eod. Vigesima senten-
tia finiens meram instantiam est interlocu-
toria. Bald.in l. properandum, §. & si qui-
dem numero sexto, vers. differunt istæ sen-
tentiæ, C. de iud. & auth. qui semel nume-
ro 38. colum.fin. vers. ibi ab obseruatione,
&c. C.quomodo, & quand. iudic. Rot.de-
cis. tertia, de dol. & cotum. aliqui uolunt
interlocutoriam mixtam; sed ego distiguo,
9 quòd omnis sententia, quæ finit officium
iudicis vna cum instantia, est interlocutò-
ria habens uim definitiuæ, illa autem, quæ
finit solum instantiam, & non officium iu-
dicis, est mera interlocutoria vulgara lege,
quòd iussit, ubi supra, & ibi Bartol.numero
nono, Rip. numero 27. vers. uel dicitur ha-
bere, & Rot.decisio.21.de re iudicat. dum
reddit rationem,cur sententia lata super de-
sertione,ut tetigi supra appellationis à defi-
nitiua est interlocutoria habens uim defini-
10 tiuæ; sed ab interlocutoria, uel grauamine
est mera interlocutoria, quia pro casu ni-
hil restat agendum; secus aliàs; vigesi-
11 moptimo, sententia, in qua deficit libel-
li productio non est definitiua. Decisio
Pedemontana prima, numero primo, Bar-
tol. in extrauag. ad reprimendum in verb.
summariè, sed uim habens definitiuæ. Vi-
gesimo secundo, sententia interlocutoria,
12 etiam fertur post finem causæ, vt est senten-
tia subhastationis bonorum debitoris,quæ
dantur post definitiuam sententiam, & ta-
men dicitur interlocutoria, ita speculator
in titu.de secundo decreto §. nunc dicamus
num. decimo quinto, & tex.in l.cum apud,
§.sin autem.vers. ibi suam interlocutionem
13 C.de bon. auct. iudic. poss. Vigesimoter-
tio, in sententia quòd teneatur cauere, est
distinguendum, quòd iudex, aut finaliter,
& causa cognita tulit sententiam, & tunc
14 dicitur definitiua, aut incidenter, & erit in-
terlocutoria Felyn. in Rubr. de re iud. nu-
mero decimo octauo, Bartol. in l. prima, §.
quòd si fit, in aliqua, numero tertio, ff. de
prat. stipulat. adhuc eadem tela materiæ.

§. V.

1 SVPER enarratis adde vigesimo quar-
to, quòd sententia, in qua Iudex se
competentem declarat, est mixta vim
habens definitiuæ. Abb. in capitu. ex par-
te Decian. in sexto not. de script. & Ias. in
l. quod iussit numero vigesimo quinto,
versicu. eodem modo sententia, qua pro-
nunciatur, ff. eod. e contra vero, quando
1 incompetentem se declarat est definitiuæ,
quia finit officium iudicis. Abb. in Rubr.
2 de re iudic. numero octauo, Bartol. in di-
cta l. quod iussit, versicu. sed certe ego pu-
to, &c. & expresse Ias. numero decimo-
quinto, versicu. eodem modo sententia,
qua pronunciatur. Alexand. in Rubr. titu.
eod. numero quinto, ratio est, quia iudex
pronunciat se non iudicem. Salyc. in l. pe-
nult. C. de pact. Anchar. consil. mihi deci-
mo sexto, numero primo, & secundo, inde
3 quæro an iudex possit dictam sententiam,
in qua se incompetentem declarat reuoca-
re? & distinguere debemus, quod aut est
iudex ordinarius, aut delegatus primo ca-
su illam reuocare potest; secundo autem
non potest. Dec. in capit. peruenit. nume-
ro sexto, in fine, de appellat. & in l. Præ-
ses ubi Bald. C. quomod. & quand. Iudex
Roman. consil. 358. numero quarto, in
4 fine. Vigesimo quinto sententia lata con-
tra se absentātem post litem contestatam ci-
tatum in domo solitæ habitationis potest
esse definitiua, vel mixta. Doctores in l. ab
eo C. quomod. & quand. iud. vbi etiam
Gloss. Vigesimo sexto, sententia multato-
5 ria est interlocutoria. Bartolomeus Socc.
in l. omnibus. §. Hoc iudicium numero se-
ptimo, ff. si quis iud. non obtemperan. l.
prima, vbi Gloss. & Doctores, C.de mod.
multarum Iulius Clarus in §. fin. quæst.no-
nagesima quinta, versicu. hæc autem. Boss.
in titu. mulct. numero decimo tertio, & de-
cimo quarto, ratio est, quoniam mulcta est
6 remedium ad hoc, ut in obedientes resipi-
scant, vt Boss. ibidem nu. decimo septimo, &
Alber. de Rosat. in l. cum eo. ff. ad leg. Iu-
liam de ui public. ex quo multa potest re-
uocari, Iulius Clar. & Boss. locis citatis. se-
quitur idem argumentum.

C LA

§. VI.

1 LATA sententia super exceptione peremptoria est mixta, habens vim definitiuæ; Ioannes de Imol. in l. fi
finita. numero 42. ff. de damn. infect. & la-
ta super impotentia appellandi est pariter
mixta, text. in capitu. tua nobis, vbi Decius
numero primo, & Abb. numero tertio, ex-
tra de appellat. vbi latè Bald. & est appella-
bilis, vt ibidem Decius, & sententia lata su-
2 per cassatione, & annullatione processus, est
merè interlocutoria: quamuis prima facie
videatur totum tollere, Roman. in Rubr.
ff. de re iud. nume. decimotertio, versic. aut
fuit pronunciatum. Felyn. in eadem Rubr.
Cano. numero decimo, versic. & si dicimus
cassamus processum, Bald. in dicta l. si Præ-
ses num. 2. C. quomod. & quand. iud. Li-
mita si petatur incidenter cancellatio; se-
cus autem si principaliter esset mera defini-
tiua, quia tali casu finiretur officium iudi-
cis, & negotium principale prorsus Ro-
man. vbi supra, numero decimotertio, ver-
sic. aut principaliter est actum. Imol. in di-
cta l. quod iussit. Felyn. vbi supra numero
decimo, versic. intellige hoc vbi incidenter
ageretur de validitate processus, Bald. in
dicta l. si Præses. & sententia prolata super
3 exceptionibus incidentibus an obstent, est
mixta. Bald. in l. eleganter. §. si quis post.
colum. 3. circa finem. versic. si vero pro-
nunciat exceptionem obstare, ff. de condit.
indeb. Philipp. Franc. capit. primo, nume.
12. vers. quando autem pronunciat. de litis
contestat. in 6. Gloss. in clement. fin. & ibi
Imol. num. 9. vers. fatetur tamen appellat.
Roman. vbi supra num. 16. Alexan. circa fi-
nem, vers. Gloss. & Clem. fin. ibidem Rip.
nu. 15. & in d. l. quod iussit nu. 27. vers. vel
illa dicitur habere vim definitiuæ. ff. eod. Fe-
ly. vbi supra nu. 9. vers. & subdit id, Cardin.
Alex. consi. 182. nu. 3. lib. 6. & Aret. consi. 20
nu. 2. vers. de tertia specie fit mentio per Fe
ly. in d. c. qualiter, & quando n. 8. de accusa.
& ratio est, quia licet finiat negotium prin-
cipale, attamen hoc non facit nisi indirecto,
4 & ideo non est mera definitiua: limita quã-
do non expectaret aliam sententiam post se.
Imol. in d. c. cum cessante n. 6. vers. forte tñ,
hoc procedit, quando non expectat Fel. ubi
supra n. 10. Fridet. de Senis consi. 198. infe-
riora attende.

§. VII.

1 ITEM sententia lata super possessorio est mixta, quia directo finit principale negotium, sed tamen iudiciarius ordo
non est seruatus in ea Ancha. consi. 342. in
fin. vers. ult. vt supra subtiliter Roman. vbi
supra n. 27. Ang. Perus. consi. 114. vers. quid
autem sit interlocutoria, & in 4. vers. Porro
vbi causa est summaria, & consil. 115. vers.
quòd autem sit interlocutoria. Alex. in d. l.
Imperium num. 21. vbi etiam Angel. num.
2 24. qui de communi attestatur ibidem De-
cius n. 21. ad 24. Ias. nu. 6. Felyn. vbi supra
nu. 15. vers. et si pronunciatur in causa sum-
3 maria. Limita nisi procedatur ex dispositio-
ne iuris non seruatis sollemnitatibus iudi-
ciorum, de quo puncto ego in meo Sole Ri
tus cum de causis summarijs agerẽ. vbi plu-
ra dixi, & hic adde Castill. decisio. 43. ubi
agit an appellatio ex forma Ritus non ad-
4 mittatur in M. R. C. quando fuerit processũ
summariè scripturarum visione, vel ex ab-
rupto, alias autem si ex permissione iuris, vel
5 statuti id fiat relaxentur que sollemnitates;
tunc esset mera definitiua. Angel. per suam
no. ... idem limitationem in dicto. consi. 114
nu. 4. vers. quia causa, ibi erat ordinaria: ui-
de tamen eundem Angel. consi. 115. col. fi-
nal. vers. nec obstat Clement. sæpè; & eum
sequitur Aret. in l. 5. colum. 2. circa mediũ,
& vers. circa principium, dicit Ang. & c. ff.
de verb. obligat. Roman. consi. 174. vers. ui-
gesimo, quia sententia ferenda & c. & se-
quitur Dec. in d. l. Imperium. num. 24. vers.
6 Tertius est casus; quando sollemnitates, &
cætera.

§. VIII.

1 SENTENTIA autem mandans rem sequestratam restitui, & sententia reseruans parti exceptionem
2 incompetentiæ, & sententia assignans termi
num ad probandum, & sententia dicens, q
3 dos non sit liquida, quæ nã est ? dico, quòd
sunt interlocutoriæ meræ. Felyn. in Rubr.
ex-

extra eod.numero 19. vſque ad finem Rub. & ſententia per quam pronunciatur à definitiua bene iudicatum, & malè appellatū,
4 eſt interlocutoria, quamuis parum in iure verſatis videri poſſet definitiua; vel mixta. Ægid. conſ. vigeſimotertio, ſequitur Fely. in Rub. extra de re iudicat. verſ. etſi dicatur, & bene iudicatum &c. poſſet tamē eſſe merè definitiua. ad idem.

§. IX.

1 SENTENTIA lata ſuper poſſeſſorio eſt mixta, quia directò finit principale negotium; ſed tamen iudiciarius ordo in ea non eſt ſeruatus; Anchar. conſil. 342. in fin. verſic. vlt. vt ſupra ſubtiliter. Roman. ubi ſupra, nume. vigeſimoſeptimo, Angel. Peruſ. conſil. 114. verſic. quid autem ſit interlocutoria, & numero quarto, verſic. porro, vbi cauſa eſt ſummaria, & con ſil. 115. verſic. quod autem ſit interlocutoria, Alexand. in dicta l. Imperium, numero vndecimo, vbi etiam Angel. num. 22. qui de
2 communi atteſtatur ibidem Decius nume. 21. ad 24. Iaſ. numero 6. Felyn. ubi ſupra, numero 15. verſic. etſi pronunciatur in cauſa ſummaria; limita niſi procedatur ex diſpoſitione iuris non ſeruatis ſollemnitaribus iudiciorum, aliàs autem ſi ex permiſſione iuris, vel ſtatuti id fiat, & relaxentur ſollem-
3 nitates, tunc eſſet mera definitiua. Ang. per ſuam notabilem limitationem in dicto cōſ. 114. num. 4. verſic. quia cauſa ibi erat ordinaria: vide tamen eundem Angel. conſil. 115, colum. fin. uerſic. nec obſtat Clement. ſæpe, & eum ſequitur Aret. in l. quinta, colum. prima, circa medium, verſic. circa principium, dicit Angel. &c. ff. de verbo. oblig. Roman. conſil. 174. verſic. 20. quia ſententia ferenda &c. & ſequitur Decium in dicta l. Imperium, num. 24. verſ. 3. eſt caſus, quā-
4 do ſollemnitates; ex quibus etiam conſtat, quòd præſens doctrina noſtri huiuſce tractatus non ſolum valet pro ipſomet contrario Imperio; ſed etiam pro cognitione maxima ipſius appellationis, quarum alterutrius cōiuncta eſt, & Catenata doctrina, vt ita loqui mihi liceat, & inferius dixero.

§. X.

1 SENTENTIA mandans rem ſub ſequeſtro poſitam iudicis mandato reſtitui, & ſententia reſeruans parti exceptionem incompetentiæ, & ſententia aſſignans terminum ad probādum, vel quæ verſatur circa certitudinem ad incertitudinem dotalis debiti, vel crediti ſunt interlocutoriæ tantùm; vt optime, ait, Felyn. in ru-
2 br. num. 19. ad fin. extra de re iudic. ac etiam ſententia per quam confirmatur ſententia appellata, & per quam contra appellationem deciditur, quòd non fuit benè appellatum eſt mixta, ſecundum Ægid. conſ. 23. quem ſequitur Felyn. vbi ſupra, ſed in hoc nota, ne circa ſupradicta in errore induca-
3 ris, quòd talis ſententia poteſt eſſe quandoque merè definitiua, caſu quo, pronunciaret iudex, & confirmaret ſententiam primi iudicis a quo, reprobando appellationem ab ea, quia tali caſu eſſet mere ſententia diffinitiua cum officium iudicis finiat negotium principale, confirmando primam ſententiam, vt uoluit Miliſ. in ſuo repert. in verbo ſententia per quam pronunciatur, &c. ad idem. Facit, quòd diximus ſupra, ſed quia doctores circa hoc diuerſificant, ideo iterato hic paucis additis idem dicimus.

§. XI.

1 PRÆTEREA ſententia, quæ fertur ſuper poſſeſſorio eſt ex alio capite mixta, ſi eſt tentata vna cum petitorio, ratio eſt, quia vnam partem finit ex quo participat de mera definitiua; & quatenus negotium principale non determinat, quia poſtſe expectatur alia ſenten-
2 tia ſuper petitorio; eſt interlocutoria. Roman. in Rubr. ff. de re iud. nume. duodecima. Sarnen. deciſio. 43. Gomeſ. item deciſio. quadrageſimatertia, ſi vero poſſeſſorium ſeparatè intentatur adhuc ſub diſtinguo, quòd aut intentatur incidenter, &

C 2 tunc

stic est interlocutoria mixta, quia quatenus finit participat, de definitiua; quatenus vero fertur super incidente, & non principali, est interlocutoria. Roma. vbi supra
4 num. 10. dicta decis. 43. si vero separatim, & per se intentatur mere dicitur definitiua, si in ea iudicialis ordo seruetur, quia omne deductum in iudicio directe finit ordine iudiciario seruato, ita Roman. in dicto loco num. 12. versic. vti solò possessorio intentato. Imol. in dicta l. quod iussit num. quarto, versic. & potest dicere, ff. eodem, & ibi Alexand. num. septimo, vers. & istud, quòd sententia lata super possessorio, vbi ita communiter teneri dicit, etiam Innocent.
5 in capit. cum venissent post principium, versic. secundo, videtur vera opinio, quòd sententia super possessorio, &c. & ibi Imol. num. 26. versic. secundo obstare, &c. extra de institut. Milis. in repertorio suo in verbo sententia lata super possessorio, versic. qui intelligi debet ad idem.

§. XII.

1 SENTENTIA lata super reuocatione actorum est mixta habens vim definitiuæ; Rot. decis. prima in nouis, in titu. de appellat. decis. 11. Ægid. decisio. 54. 148. 417. & 603. Felyn. in ead. Rubr. numero quarto, versic. & Rota vt lit.
2 pendent. & numero duodecimo, ex quibus patet, quòd non tuta sit decisio Rotæ 10. de re iudic. in antiqu. vbi tenet dictam sententiam super reuocatione attentatorum esse interlocutoriam; contrarium tamen
3 tenuerunt domini de Rota in antiquissimis decisio. 215. quòd etiam sit merè interlocutoria; super attentatis tamen limitarunt, quòd aut sententia principaliter
4 super articulo attentatorum fertur, ab alio non dependenti, & tunc sententia est mixta; si vero dependet a causa principali, quia tunc potest agi interdicto, &
5 alijs modis ad possessionem, non dicitur mixta, sed mera interlocutoria. ita dicti Domini de Rota, vbi supra.

§. XIII.

1 SENTENTIA impediens de cætero agi, est mixta secundum aliquos, & citant Bartol. in dicto l. quod iussit, ff. de re iudic. numero nono, sed Bartol. hoc non dixit, sed bene dixit, quòd est merè definitiua, quia finit negotium principale; Angel. consil. 177. in fi-
2 ne, versic. vnde dicit Bartol. in l. Titia, ff. de accusatio. & Felyn. in dicto capitu. examinata numero decimoseptimo, versic. postea subdit ipse, &c. & versic. nihilominus ipse tenet cum Bartol. & ex his, & alijs, quæ ex ijsdem haberi possunt, per plura videre cupientem; constat autem ad casum instituti nostri de Contrario Impe-
3 rio, de quo agimus; Ipsum enim Contrarium Imperium fundatum in facultate Mag. Reg. Cur. data secundum, quam iudices ipsius possunt reuocare, non solum interlocutorias puras, per eos latas,
4 verum etiam, & interlocutorias mixtas, seu habentes vim definitiuæ, verum quia hoc hucusque fundauimus per communis iuris arcana, forte ab alijs Siculis, nec ab alijs exteris, ita cogitata, siue digesta, superest modo ad ius statutarium Regni, deuenire, & breuiter hunc nouum nostrum
5 tractatum duplici iure munire, quare videndum est, prout in inferiore §. xiiij.

§. XIIII.

1 NOSTRATES Siculi veluti hi, qui semper in ore habent, retractari facere via Contrarij Imperij sententias latas: de Ipso contrario Imperio aliquantisper frustra quædam tractatuli, seu sermonis, & per transitum, hinc inde, tumultuariè, & non perfectè in allegando, consulendo, & in foro clamando parcè, & interdentes materiam
2 deglutire visi sunt; de ea tamen nonnulla tetigit Boniornus, & Octauius Corsettus Siculus, ex antiquis; & ex recentioribus est de-

decisio decimanona Domin. Mastrill. vbi
3 agit de contrario Imperio aliqua referendo, & eligendo more decisionariorum,
ubi examinat obiectum illud, quòd vbi
3 vbi cōpetit remedium reuisionis, seu appellationis ordinarium; debet cessare extraordinarium videlicet cōtrarium Imperium: dēt
4 ergo in eius locum eligi reuisio; quæ ad appellationē succedit, tamq̄ extraordinarium remedium: sed hoc non obstāte, respondet D. Mastrillus ex Ritu 43. n. 2. 3. ipsius Curiæ, q tàm M. R. C. quàm etiam Consistorio S. R. C. ob præeminentiā Tribunalium
5 competit contrarium Imperium, per quòd pinguius prouidet partibus, quia ex eo possunt audiri in reuocatione interlocutoriæ non seruato rigore statuti, & Ritus, etiā nō executa interlocutoria, & sic cessat dispositio textus in l. causæ. la 2. ff. de minorib. & Vincent. de Franch. dec. 248. numero quarto, & ex alijs, quæ dictus Dom. Mastrill. citat. ibidem.

§. XV.

1 EX supradictis oritur quæstio, an electo vno de dictis remedijs videlicet appellationis, vel reuisionis, possit pars etiam vti hoc alio remedio Contrarij
2 Imperij? & respondeo cum Sfoiz. Oddo in tract. de rest. in integ. quæst. 17. art. 2. num. 33. vbi de communi testat, quod licet electa vna via censeat alteri renunciatum: ad hoc
3 dr, q hoc vulgare dictum fallit, qn plura remedia possunt dici concurrere cumulatiuè: vnde praxis nos docet, quòd etiam in vno libello appellatiuo cumulant omnia prędicta cum clausula omni alio meliori modo, &
4 nomine, & cętera, & præterea possunt eadē prorsus remedia tentari cumulatiuè, quapp non mirum, si hoc remedium Contrarij Imperij possit etiam tentari, & eo finito, quis potest etiam ad alia recurrere remedia, Ca-
5 strens. in l. qui legati n. 3. C. vt in poss. Negusant. de pignorib. memb. 3, num. 17. 8. p. Bartol. in l. consentaneum C. quomodo, & quando iudices, & licet contrarium alij teneant verior tamen est priór sentētia, quam
6 nos debemus sequi, de qua testatur Castr. vbi supra, & Ioannes Baptista Asinius de executione §. 2. cap. 3. tanto magis, quia dicta regula, quòd electa vna via intelligit al-
7 teri renunciatū, est intelligenda cum distinctione, de via iuris, & de facti, ab vna enim ad alterā non dat accessus, non aūt de vna via iuris ad aliā viā iuris, seu de vna via facti, ad aliā viā facti: immo cum protestatione, nec est phibita de vna iuris ad alterā iuris viam
8 gradū facere litigatoribus, & Bal. l. 2. q. 11. C. de seruit. & aq. & Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt. Alex. cons. 131. præterea addo, q dicta regula intelligit, quādo res non erat integra
9 ex eo, q scripturæ fuissent introductæ, nā tunc nō deberet admitti audiētia ad ɔ̄trium Imperiū, secus aūt re integra, pura si reuisio
10 fuisset petita, & sic tantūmodo cōtùmacia incusata ad prosequendā reuisionē, tunc cōcedit audiētia, & sic in praxi fuit pluries decisum in dictis Tribunalibus. Sed circa materiam istā contingit disceptatio pulchri articuli an iudici, ex d. l. quod iussit competat interpretari posse, seu reuocare pluries, vel semel tantùm? & Rainal. Pet. de Bu.
11 Ful. & Ias. semel tātùm cōpetere voluerunt iudici suā posse reuocare interlocutoriā ex l. si qs iusiurādum, C. de reb. creditis. Bald. in auth. habita. 9. col. fi. 3. q. in fi. C. ne fil. pro pat. & C. de sent. ex breu. recit. l. 2. & ibi Bal. & Imol. in l. ab executore, ff. de app. Ang. & Cuma. in d. l. qđ iussit: ergo multo minus
12 poterat in totum reuocare. Surd. cōs. 288. n. 5. & alij, immo, ait, Rip. q si interlocutoria est p iudicem geminata, nō pōt amplius reuocari, & sic in consequentiam cessat re-
13 medium contrarij Imperij: allegat. Panor. in C. cum cessante. & Ias. in d. l. quod iussit. nu. 46. & idem Ias. in l. si post tres, ff. si quis cautio. Fel. in c. si cautio col. 9. de fid. instru. Rub. Alex. cons. 149. nu. 18. & alij: sed verior
14 est Doctorū, & magis cōis opinio, quod dictum remediū cōpetat bis, & nō tātum semel: Bart. & Dy. in d. l. quod iussit n. 17. sicut bis potest a definitiua appellati. l. 1. C. ne liceat tertio puocare, & l. fidei commissa §. si quis decem ff. de legatis 3. & l. 1. §. si cui, vt leg. nomine caueat, & Rip. vbi sup. n. 38. & ēt Canonistæ, & præcipuè Præpositus num. 58. vers. 10. in d. cap. cum cessante. & Butr. in cap. fraternitatis, de frigid. & maleficiat. & conclusionem de bis concedendo isto remedio contrarij Imperij, intelligit vltra primā, & sic per tres vices doctissimus

Bero.cõſ.19.nu.29.lib.3.ſed quæro an iſtud
ꝯrium Imperium locum habeat in interlo-
16 cutoria tàm mera? quàm mixta? Reſpon-
deo negatiuè, ex deciſ.68. Marci Antonij
Amatis,

§. XVI.

1 QVæro præterea an contrarium Im-
perium habeat locum in interlo-
cutorijs habentibus vim defini-
tiuæ? & dico, quòd non, ex Alex.
in d.l.quod iuſſit, in 4.limit.& limit.12.nec
2 etiã habet locum in interlocutoria, per quã
finitur officium iudicis, vt ſi ſe incompetẽ-
tem pronunciet, quæ nam ſit interlocutoria
vim definitiuæ, vel præfiniens officium iudi
3 cis, per nõs ſupra explicatum luculenter ha-
bes; vide etiam Capyc. deciſ.144.num.6.
Nota hic quod in Regno noſtro ex capitu.
169. Ritus ſecundum ordinem capitulo-
rum Regis Alphonſi, quòd à ſententijs latis
a M.R.C. non admittitur appellatio, & ibi
4 quærit Vincentius Percolla in principio, an
idem ſit in interlocutorijs, & dicit, quòd li-
cet hic non dicatur, & malè per doctrinam
Baldi in l.ſi ex cauſſa. §. nunc videndum ff.
de minorib. & ideo per Excellentiſſimum
Dominum Proregem fuit ex æquitate pro-
uiſum, vt in habentibus vim definitiuæ ſo-
lum ſit locus Contrario Imperio, & de hoc
5 fuit facta nota in Archiuio M. R. C. vt te-
ſtatur dictus de Percolla, vbi ſupra; & nos
infra diximus.

§. XVII.

1 QVæro tertio, quot vocibus conce-
dat iſtud tale remedium? Reſpon-
deo, quod bis, vide Dom. Maſtril.
dec.23.quidquid dicat Anton. de
Ballis lib.5.ſuper prag. Regn. prag.4. tit.2.
n.5. qui de Contrario Imperio etiam p tri-
2 ſcenam quatuor ferè verba congerit; Quæ-
ro quarto, an interlocutoriam M.C. in cau-
ſa remiſſionis fori poſſit p contrarium Im-
perium reuocari? & dico, quòd non, cũ Ca-
pyc. n.fin. vbi ſup. Quæro quinto, quando
3 concedit contrarium Imperiũ? Reſpondeo
ſi de nouo reperiant ſcripturę, verum, quia
ſu p hoc articulo multa dicturus ſum in fina-
4 li gradu huius præſentis tractatus, ideo ad
præſens ſuperſedeo plura dicere; vide etiã
addentes ad Butriũ d.conſil.6.& hinc ſolet
p partes mitti ad effectũ, quod talis, vel ta-
lis non audiat, ſeu non admittat via Con-
trarij Imperij, quia nihil de nouo ponit, ad-
dit, vel habet, & venit cum ijſdem medijs,
5 & non cũ nouis ſcripturis, & nihil mittit de
nouo, p quod poſſit dicta interlocutoria re-
uocari. Quæro 6. an Contrarium Imperiũ
6 ſuſpendat, & dico, q non, ſiſtemus p illam
pragmaticam die 26. Auguſti iiij. Ind. 1533
& per illã aliam pragmaticam D. Ferdinan
di Conzaga, olim Proregis Regni die 24.
7 Martij. xj. Ind. 1538. vt omnino ſtare debe-
mus. Quæro 7. an det in cauſa ſpolij? dico,
quòd non; additio ad Petrum de Gregorio
8 de iudicijs cauſarũ feudaliũ q.7. littera D.
Quæro octauo, an cõtrariũ Imperium poſt
decem dies poſſit tentari? dico, quòd non,
Bal.in ſua practica q.3.n.8.& vlt. de appel.
Crauet.conſ.23.n.8.quare dẽt tentari infra
decem dies, ſicut appellatio ipſa, nam durat
per decem dium, quantum ad partem; licet
quantum ad iudicem, non currat, quia ſem
9 per poteſt ex officio ſuo reuocare. Bart.in d.
l.quod iuſſit.& Gloſ.in d. cap.cum Ceſſan-
te.vbi Abb.col. vlt. & Muta in c.16. Con-
10 ſuetud. Panorm.num.43.& ſeq. fol.140.&
141. ſed tu in hac materia cogita illud ver-
bum tex.d.l.Paullus 42.ff.de re iud.in fine,
videlicet debere ſupplere, ſcilicet, eodẽ die.
11 Quæro 9. an Contrarium Imperium; det in
ſententijs definitiuis? Dico, quòd nõ, ex tex.
in d.l. Paullus, & d. l. iudex, & additio ad
Bart.in l.ſi debitori.ff.de iud.& Mut.in d.c.
16. n.44. vbi ſupra. Quæro 10. an Contra-
12 rio Imperio poſſit iudex rem minoris malè
alienatam reuocare? dico, q ſic, ex l. quam-
uis, & ibi Gloſ. ff. de reb. eorum; commen-
13 dat hoc, & diligenter dicit eſſe notandum
Alex.in d.l.quod iuſſit. vbi ſupra; & Iaſ.ibi-
dem n.49. Additio ad Bart. in l.tutores, ff.
de confirm. tutor Corſet. in ſuis ſingularib.
in verbo minor.& Rim.iun.conſ.247.n.40
& conſ.338.n.86.lib.3. Quæro 11. an con-
trario Imperio reuocari poſſit ſm decretũ?
14 dico, quòd non, quia habet vim definitiuæ;
põt tamen eius executio commiſſa nuncio
15 reuocari? Bald. in d.l. ſi quis num. ſecun-
do, ff. de oper. nou. nunciat. Cumia ſuper
praxi poſt Ritum fol.7. colum.1.ff.& Bar-
tol.in l.2.ff.de iuriſdict. omnium iudicũ, &
Marius Muta, Cap. Rit.112. tom.4. num.

3.fol.

3. fol. mihi 172. quæro postremo, an Iudi-
16 ces Mag. Reg. Curiæ possint, quascumque interlocutorias Contrario Imperio reuocare exceptis definitiuis, & vim definitiuæ habentibus & etiam in criminalibus? Respondeo, quòd sic, ex pragmatica quarta ex textu aperto, & eius serie, hæc de tertio Gradu: nunc ad quartum accedamus.

Gradus quartus de Tribunalibus, & Curijs, quibus conuenit Contrarium Imperium, & de modo, & differentijs inter se.

Reliquum est autẽ videre, quæ Tribunalia, quique Iudices huiusmodi Cõtrario Imperio, vti possint, & valeant, & quidem dicendum est primo
1 de iure communi omnes Iudices, siue ordinarios, siue delegatos posse ex causis superius expressatis suas interlocutorias reuocare; & hoc posito pro constante ex apertissimis iuribus per totum hunc tractatum adductis, & allegatis; pro quo hic, præsertim adstipulor omnes leges, & canones in prin-
2 cipio præsentis tractatus adductas, & adductos, ex quibus liquidò cõstat Iudices ordinarios, ac etiam delegatos posse reuocare, interlocutorias per se latas, & consequenter per me stabilitur indubitata cõclusio, quòd in omni Curia ordinaria, in eaq; ordinarius
3 iuridicus residens habet hãc facultatem reuocãdi suam, quam tulit interlocutionem; sed hoc ex peculiari quadam præeminentia prærogatiuè cõpetit Magnæ Regiæ Curiæ, non nego tamen etiam competere ex quadã
4 obseruantia Tribunali Cõsistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ; an autem vti possit, & valeat hoc reuocatorio Imperio in suis Inter-
5 locutorijs reuocandis de iure eodem modo; dictum Tribunal Consistorij. sicut ipsa M. R. C. non modica est difficultas coincidens in alia parilitate, & controuersia; quæ
6 inter prædicta Tribunalia in alia contingentia facti ex dispositione Ritus Capit. 98. in quo quæritur an idem habeat locũ in Consistorio S. R. C. qui Ritus præcisè loquitur de causa pendente in M. C. & ex eodem ca-
7 pite quæritur, an idem locum habeat in alijs Curijs Regni, etiam inferioribus, & dubiũ quidem facit, quia quando Ritus, seu prouisio Protegia, aut Pragmatica præcisè loquitur de M. C. non videtur procedere in alijs Curijs, & præsertim in Cõsistorio pro-
